abbas si extra ne cle. vel mo. super specula. & de sen. ex. nuper et indirecte h. i. ti. de pe. & remissionibus. §. xcix. secundum Archidiaconum. Sextus casus est ratione studii. Nam ut dicit Inno. in. d. ca. omnis. Scolares & alii incole annales & mercenarii debent confiteri sacerdoti parochie quam incolūt per annum ar. ff. de iudi. l. si longius. §. i. xvi. q. i. questi. ubi dicit quod ibi debent solue decimas personales quia ibi recipiūt ecclesiastica sacramenta per anni circulum. Alii dicunt quod idem est etiamsi ad minus tempus conducant domos ar. extra de deci. ad apostolice maxime si sine fraude cōductio vel habitatio prorogaretur ultra nativitatem dñi vel pasca: quia tūc ex precepto decre. Oēs semp debent cōfiteri & cōmunicare. Et hoc quod dicit Innocentius de scolaribus verum est de scolaribus laycis. Secus autem de clericis quia ut dicit Hostien. in summa ti. de paro. §. Quis intelligatur & notat Archidiaconus. xiii. q. ii. §. quia ergo ī fine. si clericus staret per. xxx. annos in studio sine licencia prelati sui nunquam contrahit domicilium sed si de eius licencia se transtulerit statim efficitur de foro & iurisdictione illius episcopi ad quem transiit & si non perpetua tamen temporali. In omnibus igitur premissis tutius ē secundum Innocentium quod & viatores & alii semper a proprio sacerdote licenciam habeant specialem. Immo non licet clericis vel laycis proficisci sine licencia episcopi de conse. di. quinta non oportet. ii. & ibi per glo. & Archidi. et extra de vo. & vo. redemp. c. magne. Idē indirecte. ubi supra. §. lxxxix. Septimus casus est ratione necessitatis quia in articulo mortis constitutus sive occasione infirmitatis sive alterius periculi belli maris & huiusmodi in absentia proprii sacerdotis cuilibet simplici sacerdoti catholico dummodo censura ecclesiastica non ligato confiteri potest & ab eo absolui ab omni peccato & excommunicatione: sive a iure sive ab homine. extra de sepul. parochiano. Et notat Ric. in quarto di. xviii. articulo. q. i. nisi specialiter aliud sit statutum ut in excommunicationibus processus curie. Quādo tamē pōt epi copia haberi nō debet se simplex sacerdos de casibus reservatis etiam in hoc articulo intromittere sm Inno. Et hoc etiam casu absoluēs ab

excōmunicatione superiori reseruata iniunget absoluto ꝙ īpe
dimento cessante q̄cito cōmode poterit se illi representet a q̊
fuerat absoluendus mandatum eius humiliter super hoc rece
pturus extra de sen· ex· ea noscitur· alias reincidit in eandem
sentenciam vt in· c· eos e· ti· li· vj· Secus aūt de casibus reser
uatis episcopo: quia ex quo semel absolutus est non expedit
ꝙ iterum episcopo remittatur absoluendus de necessitate sed
de bene esse· Adde ꝙ etiam talis in piculo mortis constitut⁹
potest confiteri layco deficiente sacerdote, sed non potest ab
eo absolui· Ideo euaso piculo tenetur iterum confiteri eadem
peccata numero sacerdoti cum eius copiam habuerit vt not·
Tho in q̄rto di· xvij· Octauus casus est si sacerdos non ꝓpri
us ponat spem in ratihabitione proprij sacerdotis, hoc tamen
communiter non tenetur quia in talibus non habet locum ra
tihabitio· ff· de reg· iu· l· actus legittimi & e· ti· c· actus le
gittimi· & c· ratihabitionem li· vj· & ibi p dn̄m· & Jo· An·
Et sic habes octo casus in quibus pōt quis alteri cōfiteri q̄ꝫ
ꝓprio sacerdoti· Non tamen pōt confiteri cuilibet sacerdoti
sed his tm̄ qui habent executionem ordinis sacerdotalis & ad
confessiones sunt habilitati licet non sint curati. habilitati di
co a ꝓprio episcopo si sunt sacerdotes seculares vel ab eo de
consensu sui prelati si sunt religiosi· xxv· di· c· plectis · & ibi
Archi· Con· tho· vbi supra· Et duran· in summa pte· j· ti· de
confes· q· x· In articulo tamen necessitatis pōt absoluere vt
supra dixi casu· vij· quilibet simplex sacerdos etiā ad confessi
ones non habilitatus secundum Ray· quia qd̄ est illicituꝫ ne
cessitas facit licitum· Con· Bona· in q̄rto di· xix· ar· iij· q· j· &
collec· i· c· oīs de pe· & re· cōsulunt etiā Ray· & host· et cōiter
moderni ꝙ ī omni casu q̊ q̄s pōt audire alienū prochianū dēt
audiens de bene esse cōfitenti iniūgere ꝙ se repn̄tet ꝓpo sa
cerdoti ar· extra de sen· ex· de cetero · & · c· ea noscitur· & · c·
quod de his· Ca· ij·

SEcūdo debet confessor penitentē interrogare si se ad
ɔfessionē ꝑparauit et ɔscientiā suā q̄tū potuit diligē
ter examinauit· Si reperit ipreparatū & non bene dispositū

remittat eum suadendo vt se diligenter preparet & precipue si oportet confiteri generaliter vel de multo tempore & nõ sit periculum in mora instruendo eum ꝙ ad hoc vt facilius remissa possit omnium peccatorum suorum· Primo discutiat vitam suam discurrẽdo diuersas etates suas scilicet puericie | adolescentie | virilitatis | & senectutis· Secundo consideret diuersos status | scilicet virginalem | viducalem | & matrimonialem· Tercio diuersas fortunas prosperitatis aduersitatis sanitatis & infirmitatis· Quarto diuersa officia & exercitia que plerunqꝫ exercitauit· Quinto diuersas societates cũ quibus cõuersat⁹ est· Sexto diuersa loca· ciuitates· castra· villas & domos in quibus fuit· Septimo cõsideret diuersas culpas quibus deum offendit· Corde consentiendo | ore loquendo | & opere adimplendo· Si vero preparatum & bene dispositum inuenerit vel non adsit tempus ad preparandum ex corde tamẽ doleat de huiusmodi negligentia procedat interrogando de casibus immediate sequentibus vt sciat si tenetur iterare confessiones precedentes vel non

Sex sunt casus in quibus tenetur quis iterare confessionem | duo ex parte confessoris | & quatuor ex parte cõfitentis

PRimus casus est si confessori defuit potestas absoluẽdi | quod potest contingere dupliciter secũdum durandum in summa· ti· de confes· q· xxvi· Aut quia confessor habet potestatem artatam quo ad aliquod peccatum confessum vt si cõfitens confitetur aliquod peccatum cuius absolutionem sibi reseruauit episcopus et tamen de facto ipse confessor ab illo absoluit· hoc enim casu confessus illi sacerdoti cũ de hoc sibi constiterit tenebitur iterum confiteri superiori illud idem peccatum numero a quo non potuit absolui· Alia autẽ a quibus potuit absolui a proprio sacerdote superiori iterare non tenetur· Nec hoc casu dicitur confessio diuisa | quia ex quo omnia peccata sua integre confessus est primo sacerdoti· absoluens secundo perficit quod inceptum erat· & notat

Richardus · in quarto · distinctione decimaseptima · articulo secundo · questione octaua · vbi dicit quod debet precedere absolutio superioris | aliqui tamen econtra · aut quia confessor nullam habet potestatem absoluendi ordinariam seu delegatam puta quia non erat sacerdos licet reputaretur vel irregularis vel carens titulo erat intrusus aut excommunicatus aut suspensus ab officio & huiusmodi · nam absolutus a tali cum ei confitetur de hoc · tenetur iterum eadem peccata confiteri quia realiter non erat absolutus · quamuis ignorantia probabili durante quo ad deum excusetur secundum doctores · Idem Innocencius in capitulo dudum · secundo de elec · Potest sic distingui · Aut impedimentum sacerdotis absoluentis est iuris diuini vt quia non fuit baptizatus · seu non fuit sacerdos ordinatus & hoc casu absolutus a tali hoc agnito tenetur iterum confiteri secundum Richardum vbi supra articulo tercio · questione tercia · nec in hoc papa posset dispensare · vt dicit Petrus de palude · ibidem · questione sexta · Aut est iuris humani seu positiui vt si est excommunicatus suspensus & huiusmodi & tunc si impedimentum est notorium vt quia publice verberauit clericum vel manifeste est intrusus carens titulo ecclesie curate nec est a superiore confirmatus · & consequenter non habet vllam potestatem super parochianos illius ecclesie tali confessus tenetur iterum alteri confiteri · Si vero impedimentum est occultum confitens tamen scit illud confitendo illi peccat mortaliter communicando ei in diuinis et iterum tenetur confiteri · Si vero nescit illud quia & sibi & alijs est occultum puta quia percussit clericum nullo vidente · hec est ignorantia facti que excusat ideo hoc casu non tenetur iterare quamuis postea illud impedimentum fuerit detectum · Secus si hoc nesciret ignorantia iuris · puta scit illum excommunicatum & tamen credit ab illo posse absolui · Hoc enim casu non excusatur · Concordat Richardus in quarto · distinctione decimaoctaua · articulo septimo · questione prima · vbi dicit quod prima opinio circa hoc nimis dura videtur scilicet quod absolutiones & ceteri actus legittimi quos aliqui exercent dum eorum la-

tet excommunicatio sint irriti & inanes iudicandi postq̄ eorum excommunicatio fuerit detecta. Ideo secunda opinio mitior est & rationabilior que dicit absolutionem occulti excōmunicati tenere etiam si postea detecta fuerit. Ar. de sententia serui qui publice putabatur liber que rata est. & extra de iurepatronatus. Consultationibus & extra de excep. Exceptionem. in glosa & de clerico excommunicato ministrante. Apostolice. Non ob. extra de sententia & re iudicata. ad probandum quia ibi loquitur de publice excommunicato. Idez petrus de palude. vbi supra. Dominus anthonius de butrio. in dicto capitulo dudum Secundo. dicit q̄ prima opinio tutior est & ideo tenenda. secundum eum. Secundus casus est propter ignorantiam confessoris. puta quia nescit ligare nec soluere seu discernere inter mortale & venale & consequenter nec rite absoluere & sic ille qui scit talem esse confessorez & alium querere negligit cum possit tenetur eadem peccata numero confiteri alteri idoneo cōfessori. de penitencijs. distinctione sexta. Qui vult. & notat Richardus in quarto. vbi supra. articulo secundo. questione octaua. Tercius est ex parte penitentis cum tribus sequentibus scilicet quando scienter & aduertenter tacuit vel omisit peccatum aliquod mortale vel de quo credidit seu probabiliter dubitauit vtrum fuerit mortale seu etiam omiserit scienter eius necessariam circumstantiā de quibus infra parte tercia. titulo secundo. quia hys casibus sic confitendo secundum doctores. peccat mortaliter. et non solum si tacuit scienter sed etiam si omisit ex obliuione seu ignorantia affectata vel crassā. puta quia de peccatis ante cogitare noluit nec adhibuit debitam diligentiam prout de lege cōmuni humana permittit fragilitas. Si tamen talis confessorem non mutat et confessor habet memoriam aliorum peccatorum sufficit illud idem peccatum numero quod omisit & dicti onem confiteri ei & reliqua in genere. Si vero mutat cōfessorem vel etiā si cōfitet eidez s̄ cōfessor nō habet memoriā aliorꝫ peccatorꝫ tunc tenetur oīa iterare vt notat duran. vbi s̄. Con.

Rich. in. iiij. di. xviij. ar. ij. q. vi. Secus autem si ignorantia ꝓbabili aliquod etiam mortale omisit quia tunc non tenetur iterare nisi quod omisit secundum eos. Quartus casus est quando penitens penitentiam sibi iniunctam scienter & deliberate absqꝫ legittima causa omisit seu non compleuit | quia tunc tenetur iterare cōfessionem si penitentie oblitus est & vltra hoc peccat mortaliter secundum Sco. in. iiij. di. xv. q. i. et Ric. ibidem di. xviij. ar. i. q. v. Et hoc verum de penitentia iniuncta pro mortalibus. secus autem si pro venialibus tantum. secundum Thomam. & omittens penitentiam sibi iniunctam etiam pro mortalibus si recordatur semper potest ꝑficere & perficiendo non tenetur iterare. precipue quando non est sibi prefixus terminus quem non posset transgredi licꝫ forte ei sit declaratum infra quod tempus debeat eam facere vel supplere si omiserit. Quintus casus est cum quis ficte ad cōfessionem vadit & sine contritione puta quia nō dolet de peccatis omnibus vel non intendit in futurum abstinere ab eis. seu etiam non intendit facere id ad quod ex precepto tenetur, puta communicare in pasca. circa hunc casum tamen sunt varie opiniones doctorum. Thomas in. iiij. di. xvij. dicit ꝙ hoc casu nō oportet iterare confessionem | quia sicut in baptismo ficte accedēs licet tunc non recipiat rem sacramenti tamen recedente fictione recipit. sic & de penitentia. Con. pe. & Ric. in. iiij. di. xvij. ar. ij. q. viij. Idem. Jo. & Bar. alij contra de pe. di. iij. Sunt plures. & §. hijs auctoritatibus. & c. si. & ibi per Archi. qui tenet ꝙ talis omnino tenetur iterare confessionem. & hec opinio videtur verior tutior & communior quam tenent & approbant. Ray. & Hostien. in summa. ti. de pe. & re. Inno. extra. m. c. Maiores. de bap. duran. in summa. e. ti. q. xxvi. Idem Cō. Rober. vinc. Scotus & Bonauē. in iiij. di. xvij. & in direc. li. i. ti. de pe. & re. Potest dici pro concordia ꝙ in tantum valet illa confessio ficta nec oportet illam specialiter iterari in quantum durat effectus illius expressiōis vocalis que est pars sacramenti. Alias non. Ideo distingue vbi supra in tercio casu. Sextus casus est vt cū tēpore quo

confessus fuit erat excōmunicatus qa siue sciret se excōmunicatū siue ignoraret probabiliter vel etiam oblitus fuisset tenetur iterare confessionem cum hoc postea nouerit quia ligatus excōmunicatione siue maiori siue minori non potuit absolui a peccatis cum excommunicatus non sit capax sacramentorum ecclesie extra de cle ex· mi· si celebrat & sic illa absolutio fuit nulla· Et licet ignorantia probabilis p̄seruet eum a culpa & a pena irregularitatis n̄ tn̄ facit eū non esse excōicatum· ar· e· ti· apostolice & · xxxviij· dis· cū itaqȝ· Cō· Ric· ī q̄rto di· xviij· ar· ix· q· iij· Pe· de pal· ibidē· q· vj· & duran· ī su· vbi s̄

Ertio interroget eū cōfessor vtrū nouerit se ab aliq̊ iudice esse excōmunicatum vel vtrum inciderit in aliquā excōmunicationem iuris communis papalem seu episcopalem vel etiam in sententiam alicuius constitutionis sinodalis vel p̄uincialis p̄ticulariter inuestigando de aliquibꝫ casibus excōmunicationum scd̄m cōditionem p̄sone & p̄cipue d̄ constitucōibꝫ illius diocesis vel prouincie vel etiam a legatis factis· Et si reperit eum excōmunicatuȝ primo & ante omnia absoluat eum ab excommunicatione si autoritatem habet sin autem remittat eum ad habentem: vel si talis penitens foret in articulo mortis posset tunc absolui vt supra parte secunda c· j· §· pe· & fi·

Varto debet confessor interrogare penitentem cuius vite sit & scientie cuius status & conuersationis cuiꝰ artis vel officij· Si matrimonio ligatus vel non Si religioni quomodo sit obligatus vel astrictus· Si ex substantia licite acquisita viuat vel non· Si alicui aliquid debet ex contractu vel maleficio seu ex legato predecessorꝫ suorum· aut alias quouismodo· si sic & transactum est tempus solutionis faciende non admittat eum ad confessionem nisi prius satisfecerit si potest: vel saltem a creditoribus suis dilationem obtinuerit qr̄ alias n̄ possit debite cōfiteri nec peccatū remitti vt dicit Augꝰ· xiiij· q· vj· si res & d̄ reg· iu· · nō dimittit̄ li· vj· & hoc expresse tenet Ric· in q̄rto di· xv· ar· v· q· iiij· & Scotus ibidem q· ij· & Tho· scd̄a scd̄e· q· lxij· & q̄uis sit fidedigna p̄sona in hoc non est ei credendum & si pure ei credendū esset

non tamē debet absolui donec constet de restitutione actu cō pleta: precipue si alias pmisit confessori suo satisfacere & nō satisfecit. Si vero nihil debet alicui | & si in processu confessionis occurrat aliquid necessario satisfaciendum sit dispositus ad consilium siue iudicium confessoris debite satisfacere deo & proximo | tam in rebus q̄ in fama & moribus admittat eum faciens genuflecti ad pedes eius. & ipse semp sedeat ex transuerso nec eius faciem respiciat siue sit vir siue mulier: ne plus q̄ oporteat erubescencie eis faciat & dicat ei q͛ confiteatur p seipsum peccata sua p vt nouit. Ipse autem confessor dū peccator sua exponit peccata diligenter attendat nec molestet eū interim interrogando nisi necessitas vrgeat: vt si aliquid dicatur ita inuolute q͛ non bene intelligeret tunc faciat a confitēte bene declarari vt sciat quid sit acturus. Et si deprehendat casum ad se non pertinere vel confitentem ad aliquam restitutionem obligari vel super peccato quod exponitur aliquā specialem prouisionem oportere fieri statim ei dicat ne in processu obliuiscatur. Et similiter interroget de circumstantijs peccatorum si a confitente sine eis peccatum dicatur vt infra dicetur parte tercia titulo scdo. et iuxta grauitatē peccatorum & conditionem confitentiū quo ad arguendum peccata confessor prudenter se habeat & non pifonmter ad omnes sed cum simplicibus dulciter se habeat eos diligenter de modo confitendi instruendo. Rudes & rusticos ne eorum peccata enormia reputent leuia durius increpando. Sapientes & eruditos vrbanius corripiendo. Induratos & insensatos acriter arguēdo. Et quantum fieri potest verbis & exemplis ad compunctionem inducendo | & terrorem extremi iudicij eis incutiendo. Mulieres blandis verbis & mollibus non alliciendo sed pocius seueris et rigidis corripiendo. Et q̄ citius potest fieri superfluis colloquijs penitus resecatis de ipsis se expediendo. Contra quosdam qui quotidie in confessorio cum eis confabulantur & eis longas faciunt predicationes propter quod et ipsi multum tempus amittunt | et alijs sepius occasionem scandali tribuunt

Incipit tercia pars huius opusculi de circumstantiarum peccatorum interrogatione·

[C]Irca terciū principale· Sciendum q non sufficit cōfessorem solum audire ea que sibi a peccatore dicūtur & de aliis ipsum nō interrogare nisi psona cōfitens sit in hys bñ perita & timorata vt sciat se sufficienter confiteri quod raro contingit modernis temporibus· cum pauci circa hoc debitam diligentiam adhibeant & multi sunt adeo simplices q nisi interrogentur nunq vere confitebuntur & quod maius est multi qui secundū seculū sapiētes censent̄ in pertinentibus ad confessionem ignorantes penitus reperiuntur· Ex quo concluditur q postq penitens confessus est per seipsum ea que nouit· debet confessor ipm interrogare de hys que omisit aut minus plene dixit· Vnde Augustinus de pe· di· vi· c· i· dicit de confessore loquens· Sit diligens inquisitor subtilis inuestigator sapienter & quasi astute interroget a peccatore q̄ forsitan ignorat vel p̄ verecūdia vellet occultare· Cognito aūt crimine varietates eius nō dubitet inuestigare & locū & tempus ꝛc· Ad hoc extra de pe· & re· c· oīs ·s· sacerdos· Et hoc ē cōtra multos cōfessores ignaros q simpliciter audiūt ea q̄ peccator cōfiteri voluerit & postea sm auditia & confessa penitentiā iniungūt qd est a debito suo valde deficere & se & confitentē pariter in dampnacōem p̄cipitare· Pro salubri igitur cōfessoris instructione quatuor in hac pte videamus & p titulos distinguamus· Primū est de modo interrogandi quem confessor habet tenere· Secundum de quibus circumstācijs necessario habet interrogare· Tercium sup quibus communiter debeat penitentem examinare· Quartum est q de pertinētibus specialiter ad statum vel officium confitentis debet inquirere·

De mō interrogādi quē cōfessor deb3 tenere· Titulus primus

[Q]Vo ad primum dico q confessor audiendo peccata confitētis studere debet p posse in principio a cōfitēte remouē verecundiā nō exprimēdo statim magnitudinē

seu grauitatē peccatorum eius sed dissimulando trāseat vsq3
ad finem confessionis. Et tunc exponat ei eorum magnitudi
nem & grauitatem | incipiens a minoribus terrorem incutien-
do & ad contritionem prouocando. Et si penitens ex ignorā-
tia aliquid omiserit ipse suppleat interrogando eum vt infra
in capitulis sequentibus ad particularia descendendo plus &
minus secundum statum & conditionem cōfitentium | nam vt
dicit Thomas in .iiij. in interrogationibus tria debet confes-
sor obseruare. Primo ꝙ quilibet interroget de peccatis que
consueuerunt in hominibus illius status & conditionis cō-
muniter reperiri vt infra ti. iiij. habetur. ideo multum expedit
ꝙ a principio confessionis interrogetur penitens de eius sta-
tu. conditione & cetera. vt supra parte secunda per totū. Se
cundo ꝙ interroget a remotis de peccatis & in genere & non
explicite ne forte si statim ad speciem peccati quā ignorabat
descendat illud peccatum adiscat | & sic quodammodo ad il-
lud inducatur. exempli gratia | si confitetur se commisisse pec-
catum carnale nō statim queret si se manibus polluit & huius
modi | sed solum interroget de modo seu cum quibus & hui9
modi. Tercio ꝙ in peccatis carnalibus non descendat nimis
ad particulares circumstantias non necessarias quia hoc pos-
set esse occasio temptationis in vtroq3 vel saltem scādali ipi9
confessoris si aliquando confitens referret alijs ꝙ interrogas-
set eum sic & sic. Si igitur vir confitetur se polluisse mulierē
extra vas debitum non querat confessor in qua parte corpo-
ris & quomodo | sufficit enī ꝙ habeat vltimā speciē peccati.

De quibus circumstancijs necessario habet interrogare
cōfessor. titulus secundus.

Vo ad secūdū quia nō solū cōfessor debet interrogare
cōfitentē de mortalibꝰ ſ3 etiā de circūstancijs. vt in. c.
Omnis. de pe. & re. §. Sacerdos. Primo vidē dū de
nūero earꝫ | Secūdo q̄ sint de necessitate ↄfessiōis. Ad primū
dicendū ꝙ circūstantie quibus peccatum aggrauatur vel al-
leuiatur. ſm tullium sunt septem. & continent̄ in hoc versu.
Quis. quod. vbi. quibus. cur. quomodo. quādo. Ratio autē

istius numeri est quia septem sunt conditiones singulares vel
proprietates quibus aggrauatur vel alleuiatur peccatum vt
supra & circumstantie sunt conditiones singulares actuũ hu
manorum· Prima circumstantia consideratur ex parte finis
& talis dicitur Cur quia inter omnes circumstãtias est prin-
cipalis· vbi nota ꝙ duplex est finis· scilicet operationis & in-
tentionis· exempli gratia· Forma dom⁹ est finis opationis do
mus· & habitatio est finis intencõis· Sic a simili finis opera-
tionis hominis non est finis qui dicitur circũstantia sed finis
intentionis qui quãdoq; ex malo actu bonum intendit & ecõ
trario· & hic finis dicit circumstantia· Nam a fine intencõis
in moralib⁹ act⁹ speciem recipit· vnde Am· intẽtio opi tuo no-
mem iponit· Scd̃a circũstãtia cõsiderat ex pte opis scz qd nec
cõsiderat q̃ntũ ad substãtiã facti scz ꝙ occidit l' furat⁹ ẽ l' for
nicat⁹ s; quantũ ad cõdicões facti· i· ꝓprietatẽ| q̃litatẽ & quã
titatẽ facti· puta ꝙ occidit patrẽ| cognouit virginẽ vel mari-
tatã & sic hec circũstãtia nõ cõsiderat ꝓut est substãtia act⁹
sed ꝓut ẽ cõditio act⁹· Nã quidã act⁹ sũt idem in specie na-
ture qui differunt in specie moris sicut fornicatio & concubi-
tus coniugalis· Tercia circũstantia est· quis· que considerat
ex parte agẽtis principalis & nõ solũ respicit substãtiam per-
sone agentis s; magis cõditionẽ vel ꝓprietatẽ ꝑsone scz cui⁹
sit officij potestatis vel sex⁹ & huiusmodi· Ratio est quia ex
conditionibus persone variatur substantia actus eo ꝙ aliqd
competit vni qd nõ competit alij· Quarta circumstantia est·
quibus scilicet auxilijs & considerat ex parte agentis instru
mentalis s̃m philosophum tercio ethicorum sed loco instru-
menti· Tullius ponit quibus auxilijs eo ꝙ omnia auxilia sũt
quasi instrumenta actionis quibus agens vtitur ad finem su
um· Quinta circumstantia consideratur ex parte speciei vel
qualitatis operis· Tripliciter· primo ex parte modi· & sic est
quinta circumstantia· quomodo vtrum scilicet leuiter vel for
titer quis percusserit· Secundo ex parte loci· & sic est sexta
circumstantia peccatum aggrauans· vbi vtrum scilicet in lo-
co secreto vel publico· vel sacrato· Tercio ex parte tempo-
ris & sic est septima circumstantia· quando vtrum scilicet

peccauerit tempe orationi dedicato scz tēpe festorꝝ & ieiuniorꝝ hec Thomas· quarto scriptio sententijs di·xvj·& Ric·ibidē et originaliter li·iij·ethicorꝝ·c·nj·Sed pro maiori euidentiā predictorum sciendum est ꝙ dicte circumstantie tripliciter se habent ad actū peccati·Quandoqz enīz circumstantia nec speciem peccati variat nec peccatum aggrauat: vt puta accipere rem alienā manu dextra vel sinistra de mane aut de sero· Quandoqz circumstātia speciem peccati variat & aggrauat siue actus cui circumstantia aduenit ex suo generē sit indifferens: sicut cum aliquis leuat festucam e terra in contemptum alterꝰ Siue actus sit bonus ex genere: sicut cum quis dat elemosinam propter gloriam humanam·Siue actus sit malusꝰ ex genere sicut cum aliquis furatur rem sacram cuius ratio est quia circumstantia addita actui habet| & addit repugnantiam specialem ad rationem·exempli gratia peccatum fornicationis in hoc consistit ꝙ homo accedit ad non suam · si autem addatur hec circumstantia ꝙ illa ad quam accedit sit vxor alterꝰ peccatū fornicatōis trāsfert̄ i aliud genꝰ peccati | scilicz adulteriū quod est grauius peccatum q̄ȝ sit fornicatio · & ita vbicunqz est alia & alia repugnantia actus ad rationem| & alia & alia deformitas actus ibi est alia & alia species peccati & maior peccati grauitas : vt patuit per exemplum supra positum· Quandoqz circumstantia non variat speciem peccati sed agg̃uat peccatum cuius ratio est quia non importat primo & per se repugnantiam ad rationem sed ex suppositione illius ꝙ primo & per se importat repugnantiam ad rationem exempli g̃tia· Accipere multum vel parum de se vel ex se | non dicit nec importat repugnantiam aliquam ad rationem| & ideo non importat ex se aliquā deformitatē nec ratōe boni vel mali ꝟ solū ex suppositōe ꝑmi qꝛ sꝫ alienū accepit & sic mltū de alieno accipe ē g̃uiꝰ peccatū q̄ȝ parꝝ accipe nō tñ est peccatū altiꝰ speciei a ꝑmo nec ille q furat̄ multū facit duo peccata ꝟ vnū g̃uiusꝰ tñ ꝙ qui furat̄ parꝝ vt s̄· Quartū vero mēbꝝ nō pōt esse· s· ꝙ circumstantia speciem peccati variet & non aggrauet peccatum ·Hec Tho · vbi supra· & prima sc̄de·q·lxxiij·in corpore questionis ar·vij·Ad scd̄m qd̄ erat vidēduz scilicet que

circumstantie sint de necessitate cōfessionis | & dico breuiter ꝙ in cōfessione circūstantiarū aliquid ē impossibilitatis | aliquid imperfectionis | aliquid perfectionis | aliquid necessitatis | aliqd maioris securitatis & vtilitatis. Primo enī omnes peccatorū circumstantias confiteri ē impossibile cuius ratio ē quia cū singulares circumstantie peccatorum sint quasi infinite sed nullus obligatur ad confitendum ea que in infinitū possunt procedere | quia de talibus non est ars neqꝫ scientia ergo nullus tenetur omnes confiteri. Secundo cōfiteri circumstantias que alleuiant peccatum ē imperfectionis nisi confessor de eis inquirat vel confitens timeat si eas non confiteatur cōfessorē propter hoc occasionem perturbationis vel scandali accipere: vel nisi in tantum diminuant peccatum ꝙ si non dicantur videatur mortale quod erat veniale sicut propter infirmitatem cōmedere carnes in quadragesima. Tercio confiteri aliquas circumstantias que aliam speciem peccato non tribuunt vel si tribuunt non tamen speciem peccati mortalis est perfectionis sicut est confessio venialium. Quarto confiteri aliquas circumstantias q̄ ad aliam speciem peccati mortalis trahunt: vt coire cum muliere aliena coniugata virgine vel deodicata est de necessitate. Vnde quilibet de necessitate tenetur dicere & confiteri genus et speciem peccati mortalis. Quinto confiteri circumstantias in eadem etiam specie peccatum notabiliter aggrauantes. Sunt maioris securitatis & vtilitatis | ratio quia peccati quantitas sciri non potest nisi scitis illis que eius aggrauant quantitatem | & sic non videtur sufficere illi qui centum marcas argenti vel gregem ouium furatus fuit dicere ego feci furtum cū hoc ita bene possit verificari si accepisset vnum solum denariū. Similiter non videtur sufficere illi qui gladio primum vulnerauit dicere ego percussi primū sed debet cōfiteri quantitatē peccati nō solū in specie sed precise vt scđm quantitatē culpe quantitas pene taxetur a sacerdote. Tu dic ꝙ his non obstantibus solū circūstātie trahētes ī aliā speciē sūt de necessitate cōfessionis nec oportz cōfessorē scire totā peccati quātitatē quia nec ipse peccator scire potest sed sufficit ꝙ cognoscat quantitatem que ex specie peccati consurgit: nec oportet secundum

totam quãntitatem peccati pẽnam taxare · secundũ Alex · quar
ta parte fu · q · cclxvi · & · Tho · vbi supra · & Bonauẽ · in · iiij ·
di · xvij · & pe · d' tarã · ibidẽ ar · iiij · q · ij · & in corpe · q · Et hec
est cõmunis opinio theologorũ · quã etiã tenent multi cano-
niste vt notat collec · de pe · & re · Omnis · Et hee circũstantie
pertinentes de necessitate ad confessorem & aliã speciem pec-
cati trahentes possunt esse octo · Prima est conditio rei seu p-
sone · vt si peccatum fornicationis est cõmissum interrogetur
vtrum cum religiosa seu deo dicata quia sic est sacrilegium · si
cum coniugata est adulterium · si cum consanguinea vel affine
est incestus · Secunda est modus peccandi · quia si cognouit
mulierẽ alienam modo innaturali ex tali modo vltra principa
le peccatũ fornicationis vel adulterij inducit' alia species pec-
cati mortalis scʒ sodomia · Tercia est locus quando scilicʒ pec
catum committitur in loco sacro seu diuino cultui deputato ·
tunc eñ inducitur alia species peccati mortalis scilicet sacri-
legium de quo supra · Quarta est tempus · Cum eñ cõmittit'
peccatum mortale in festo inducitur alia species peccati mor-
talis · quia vltra propriam deformitatẽ sue materie ex hoc q
committitur in festo habet aliam deformitatem specialem im
pugnantem tercio precepto decalogi de sanctificatione sabba
ti · quo ꝓhibetur omne opus seruile & opus peccati · & opus
seruile magis quam opus manuale ideo de eius precepti trã
gressione oportet specialiter confiteri · & notat Nicolaus de
lira · exo · xx · Sed an idem sit quãdo peccatum committitur in
die ieiunij precepti ab ecclesia · Videtur q sic · de con · di · v ·
Nihil enim prodest · Ric · i · iiij · di · xv · ar · iij · q · vi · dicit q tri
plex est ieiunium · primũ est ab iniquitatibꝰ abstinere & hoc
per qđcunqʒ peccatũ mortale frãgit' · secundũ est actꝰ v'tutis
abstinẽtie & hoc frãgit' p gulã q̃ ẽ peccatũ mortale · tciũ ẽ ie
iuniũ institutũ ab ecclesia & hoc vt p'dixi frãgit' p gulã que ẽ
mortale pctm̃ inq̃ntũ nõ includit illđ qđ ẽ necessariũ ad actũ
v'tutis abstinẽtie ʒ q̃ntũ ad illđ qđ addit' ex statuto ecclesie
frãgit' comedẽdo plꝰ q̃ semel vel cibos interdictos ieiunãtibꝰ
& etiã p'ueniẽdo nimis notabilit' horã comedendi vt · ĩ · q · viij ·
hec ille · Quinta est numerꝰ · quia quociẽs qs cõmittit aliqđ

illicitum puta furtũ tociens peccat mortaliter cum sint diuer-
si actus & in singulis actibus ē peccatum mortale essencialit'
ideo de necessitate oportet explicite confiteri circumstãtiã nu-
meri· Sexta ē qualitas .i. si peccatum est secretum vel publi-
cum & ad quot puenit eius noticia quia ex hoc inducitur alia
species peccati mortalis que est scandalum· Septima est in-
ductio videlicet si in peccato qđ cõmisit cum proximo ipse fu-
it principalis causa prouocando suadendo & huiusmodi qa
vltra principale peccatum committit homicidium spirituale
multo grauius q̃ corporale. Octaua est accidẽs quia sepius q̃s
committit multa peccata propter aliud peccatum quod cõmit-
tere querit: puta intermittendo nuncios vel secum ducendo so-
cios & huiusmodi· Et sic habes circũstantias peccatorũ mor-
talium necessario cõfitendas que scꝫ trahũt i aliam speciez seu
genus peccati mortalis· Et de his specialiter debet confessor
interrogare non solum q̃tum ad peccata opis sed etiam cor-
dis seu volũtatis cũ sint diuersa peccata ñ solũ materialiter ve-
rum etiam formaliter· Si cõpetitur voluntas interior ad opus
exterius put sunt sepata puta quia vnus peccat voluntate tã-
tum alius voluntate & ope vt notat Bo· in quarto di·xlij·ar·
j·q·j· Si igit' quis confitetur solum mente deliberate mulie-
rem concupiuisse interrogandus est· Vtrum mulierem solutã
vel nuptam vel virginẽ quo tempore ꝛc: quia hec omnia faci-
unt illud peccatũ esse diuerse specieiis quod horũ sit grauius
an peccatũ volũtatis tñ an operis Bo· vbi supra·q·ij· dicit q̃
si vterqꝫ peccantium ex equali amore mouetur & q̃ in vtroqꝫ
sit plena voluntas potest dici q̃ vnum peccatum dr̃ altero g̃-
uius tripliciter· aut rõe maioris cõtẽptus dei aut rõe maioris libi-
dinis seu delectãtõis aut rõe maioris dãnificatõis· Quãtũ ad p̃-
mũ ñ dr̃ maius peccatũ volũtatis q̃ opis: qa volũtas plena ad
peccatũ sic per se adeo meritit sicut cum est cũ opere coniun-
cta· Quantum vero ad secundum dicitur grauius maxime q̃
tum ad peccatum carnale quo quidem homo peccat in seipso·
Similiter quantum ad tercium scilicet ad dampnificationem
quam addit supra peccatum voluntatis & grauius dicit' maxi-
me erga peccatum quo quis peccat in proximum·

Super quibus communiter debet cōfessor penitentem inter
rogare· Titulus tercius

Vo ad tercium notandum q̄ postq̄ peccator p̄ seip̄m
exposuit omnia peccata sua que nouit debet cōfessor
diligenter aduertere quid dixerit & qd suppleri opor
teat | & de his que non dixit vel minus plene dixit dēt ip̄m
interrogare plus & minus in totum vel in partem s̄m ordi-
nem infra notatum | & prout requirat status & conditio con-
fitentis: nec tamē scd̄m vv· debet esse nimis scrupulosus cir
ca interrogationes si forte aliquam obmittat aut ꝓpter occu-
pationem aut propter obliuionem vel simplicitatem dum ta-
men crassa ignorantia vel supina non laboret aut negligentia
dissoluta vix em̄ aut nunq̄ȝ contingit q̄ confessor q̄tumcunq̄ȝ
discretus omnia que circa hoc a doctoribus dicuntur obserua
re possit·

Ordo interrogādi· Primo de articulis fidei· scd̄o de sacramē
tis ecclesie· Tercio de decem preceptis decalogi· Quarto de
peccatis mortalibus· Quinto de misericordie operibus

De articulis fidei Ca· j·

Irca articulos fidei interroget confessor confitentem
vtrū sciat simbolum apostolorum· s· Credo in deū ꝛc·
& ↄpetēter intelligat adeo q̄ in eis nullū hēat ↄcep-
tū erroneum: oportet em̄ quemlibet adultū eos credere diuer
simode tamē· Implicite credere omnes articulos ē fidei dimi
nute· Et hoc nō sufficit nūc alicui qui habet vsum rationis
scȝ in generali credere redemptorem & remuneratorem: ideo
em̄ noticia q̄rundam articuloꝝ manifesta est q̄ nullus habens
vsum rationis ignoret: nisi oīno negligat & ↄtēnat dei cultū
et salutē ꝓpriaȝ· Explicite aūt & distincte credere oēs artícu-
los n̄ est de ḡnali fidei necessitate nisi forte illis q fidē aliꝯ ex-
plicare tenentur vt doctoribus p̄dicatoribꝯ p̄latis & curatis·
Credere aūt q̄sdā īplicite & q̄sdā explicite ē fidei ad salutem
necessarie etiā oīm simpliciū· tenēt em̄ etiā q̄cūq̄ȝ simplices ex
plicite credere articulos quos manifestāt eis n̄ solū p̄dicatio
s̄ etiā ecclesiasticꝰ vsus & consuetudo sicut est de vnitate &

ternitate quam possunt nosce ab ipso actu consignationis cō
signant eum in se· In nomine patris & filij & spiritus sancti·
Idem de natiuitate passione resurrectione & peccatoꝝ remis
sione | quos cognoscere possunt ex ipsis solennitatibus quas
ecclesia celebrat & ex actibus sacerdotum· Ideo ad horuꝫ co
gnitionem nullus ratione vtens excipitur : nec ignorantia ex
cusatur· Articulos vero non ita manifestos tenent tn̄ credere
implicite· Implicite aūt credere voco : vt in generali credant
vniuersaliter omnia que credit sacrosancta mater ecclesia ita
ꝙ in particulari a nullo dissentiant : nec aliquem articulorum
discredant | & in tantum valet hec fides implicita scḋm quosdā
vt refert Inno· extra de sum· tri· & fi· catho· c· j· sup v· Cre
dimus ꝙ si aliquis eam habet· s· ꝙ credat quicq̄d credit ec
clesia | & ratione naturali motus aliquid de fide falso opinat·
puta ꝙ patr̄ sit maior vel prior filio vel ꝙ tres psone sint tres
res a se inuicem distantes ꝙ ꝓpter hoc non est hereticus nec
peccat dummodo hunc errorem non defendat· Hoc notat Bo
nauentura in tercio distin· xxv· Concordat Ricardus ibidem
et Tho· secūda secunde questione· ij· Si persona cōfitēs sit ru
dis que de dictis articulis paruam aut nullam habeat noticī
am confessor interroget eum Vtrum ex corde doleat de prete
rita negligentia & proponat scḋm capacitatem suā illos addi
scere simul & pater noster si nesciret & ipse exponat ei vulgarit
dictos articulos si potest de pen· & remis· deus qui· Iteꝫ in
terroget vtrum ex corde credat omnia que credit sancta ec
clesia | & vtrum doleat si contra dictos articulos & fideꝫ catho
licam hactenus mente vel verbo inciderit in aliquem errorē vt
ꝙ non sit alia vita preter istam & huiusmodi·

De septem ecclesie sacramentis Ca· ij·

Primo confessor interroget vtrum sciat sacramenta ec
clesie precipue q̄ sūt cōmuniter necessaria· Videlicet
Baptismus | confirmatio siue chrisma | penitētia | eucha
ristia | & extrema vnctio· De sacramento ordis & matrimo
nij alibi dicetur· Primo vtꝝ sciat & credat baptismum neces
sarium fore ad salutem & per ipsum debite suscipienti remitti

omnia peccata tam respectu pene q culpe sm doct. in quarto
2° senten. di. iiij. Secundo vtrum sciat & credat chrisma seu cō
firmationem ad salutem necessariam: quia & si non simplici
ter nihilominus contemptus eius damnabilis est secundum
Pe. & Tho. in quarto di. vij. Con. Ric. ibidem ar. v. q. j. d.
q' tunc contemptor quis reputari debet quando habita suf-
ficienti oportunitate recipiendi illud tenuit aut notabiliter ne
3° gligit. Idem Scot9 ibidem vtrum ipse sit chrismatus. Tercio
vtrum sciat & credat penitentiā & confessionem peccatorum ad sa
lutem necessariam nec aliter posse deo recōciliari post baptis-
mum existentem in peccato mortali. vtrum quotiēs peccata me
morie occurrerunt habuerit cōtritionem de eis & propositum
confitendi actu vel affectu: nam ad hoc tenetur | alias peccat
mortaliter secundum Tho. in qrto di. xvij. Con. ab. sy. in. c.
omnis de pe. & re. Vtrum existens in peccato mortali statim ac
tualiter confessus est habita copia sacerdotis idonei: quia ad
1° hoc tenetur saltem in his casibus. Primo ratione piculi: vt si
piculum mortis immineat puta belli vel maris vel cū mulier ē
in partu vel cum quis est in alio quovis mortis articulo consti
2° tutus. Secundo ratione sacramēti puta cū quis vult ordinez
sacrum recipe celebrat vel communicare quod nemo debet p-
sumere non cōfessus copia sacerdotis idonei oblata & necessi
3° tate n urgente. Tercio ratione stimuli scz cōscientie vt cōsciē
4to tia sibi dictat q statim debeat confiteri. Quarto ratione dubij
vt si habet casum a q solus papa vel eius penitentiarius pōt
absoluere & modo habet copiam eorum & dubitat ne illam i fu-
turum habeat. Nam his qtuor casibus existens in mortali sta-
tim confiteri tenetur & si differat peccat mortaliter: vt notat.
Tho in qrto dis. xvij. Con. Ric. ibidē ar. iij. q. vj. vbi addit
idē esse ratione voti vel statuti que quandoqz obligant religi-
4 qrto osos. Quarto vtrum sciat & credat sacramētū sacratissime euca
ristie omnibus ad salutē necessarium post annos discretionis | q
quo ad hoc sunt i femina ām. xij. & in masculo. xiiij. Et vtrum
credat in eo trāsformari panem i corpus & vinum i sanguinē
diuina potestate | & q sub vtraqz specie sit totus & integer
christus essentialiter & presentialiter | quo ad diuinitatem

& humanitatem vt habetur de con· di· ij· panis· &· c· omnia Vtrũ sumpserit illud singulis annis semel cũ debita preparatione & legittima confessione p̃uia vt tenet̃ extra· de pe· & re· omnis· Quinto vtrũ credat extremã vnctionẽ necessariã ad salutẽ adultis ĩ articulo mortis ex infirmitate seu senio ↄstitutis Et si ipse in dicto ar· constitutus eam perceperit· Paruulis autem seu occidendis vl' leuiter infirmantibus non debet dari et notat Ric· in· iiij· di· xxiij· ar· vij· q· iiij·

Circa interrogatiões· x· preceptorum decalogi nota ꝑ declaratione dicẽdorũ hanc regulã theologicalẽ ꝙ omnis trãsgressio dictorũ preceptorꝝ est peccatum mortale precipue quando est cõtra precepta negatiua· preceptũ primũ de colẽdo deũ

Primũ preceptũ est· Vnũ cole deum· Hoc precepto ꝓhibet̃ oĩs ydolatria siue adoratio cuiuscũqꝫ creature siue simulacri vel ymaginis rei naturalis vt dicit Nico· de ly· exo· xx· ibi· Nõ habebis deos alienos corã me & nõ facies ꝛc· Primo igit̃ cõfessor interroget cõfitentẽ si adorauit aliquã creaturam ꝓ deo· puta dyabolũ, solẽ, lunã vel stellas, arborem vel herbam & huiusmodi quia mortale ẽ & ꝓhibitum xxvi· q· v· Non licet· Si fecit vel fieri fecit seu ꝓcurauit fieri aliqđ maleficiũ seu inãlias ꝗ semꝑ fiunt cũ inuocatione demonũ occulta vel manifesta mortale ẽ semꝑ & ꝓhibitũ deutro· xviij· xxvi· q· v· Non licet· &c· Nec mirũ· Si fecit l' fieri ꝓcurauit aliquã incantacõem cũ sacramẽtis vel sacramẽtalibus ecclesie vt aqua baptismali, oleo sancto & huiusmodi ob sanitatem vel aliam causam mortale est grauissimũ· Si diuinauit vel procurauit fieri diuinationem ad inueniendum furta· vel ad sciendum aliquid sibi vel suis euenturum que fit tripliciter· Secundũ Thomã secunda secunde· questione· lxxxxv· & habetur· vigesimasexta questione quarta capitulo primo· est mortale & prohibitũ· vigesimasexta q̃stione quinta· Nec mirum· Idem dico si hoc inuestigauit per inspectionem astrolabij· Si didicit artem notoriam vel ea vsus est ad sciendum aliqua de arte nigromancie · quia vtrunqꝫ prohibitum est &

mortale· Si ex constellationibus & planetis sub quibus qs natus est iudicauit determinate & certitudinaliter futura hominum opera procedere· & ex talibus homines cogi ad malum vel bonum· hereticum est & prohibitum ·xxvi·q·ij· Illud·&·c· Illos·&·e·c·q·v· Non licet· Idem Thomas vbi supra·ar·v· Si obseruauit cursus lune aut stellarum pro domo facienda vel propter segetes· vel arbores plantandas vel coniugia sociāda prohibitum est·lvi·q·v· Non licet· Si tamen vtatur consideratione astrorum ad prenoscendum futura que ex celestibus corporibus creantur puta siccitates & pluuias non est illicitum secundum Tho·vbi supra· & notat Archi·xxvi·q·v· Si quis clericus·licz etiam rusticis per ventos & dispositiones lune considerare tēpus seminādi & medicis tempora potionum & minutionū vt notat glo·in·d·c· Nō licet· Si obseruauit tempora·menses·dies egiptiorū vel horas ad aliquid inchoandū vel non vel in colligendo herbas medicinales quia ꝓhibitū est·xxvi·q·vij· Nō obseruetis·&·c·sec· Sec9 si vt ligna incidat· Si in kalendis Januarij q̄si ꝓ bono augurio aliquid donauit quia ꝓhibitum est·xxxvij·di·legant·&·d·c· Nō obseruetis· Idez·si tali die aliqd plus nomi fecit ꝓpter nouū annū quia prohibet᷑·xxvi·q·vij· Si qs· Si in kalendis ocns vacauit lauro aut viriditate arboꝝ domos cinxit·hec em̄ obseruatio paganorū ē·e·causa et·q·c· Nō licz· Si vanitates superstitiosas obseruauit·puta suspendēdo carbones natiuitatis dn̄i contra grandinem vel accipiendo in malum signum limen calcare cum ante domum suam transit redire ad lectum si quis dum se calciat sternutauerit redire ad domum si exiens pedem offenderit & huiusmodi que omnia tanq̄ superstitiosa & pestifera probibent᷑·xxvi·q·ij· Illud: Si ex effusione olei de lucerna vel garritu aliquarum auium vel magnitudine & continuatione ventorū existimat aliquid boni vel mali venturū·supsticiosū est & vanū·notat Tho·secūda secūde·q·xcv·ar·vij· Si obsuauit somnia & ex hys q̄ somniat9 vult de futuris & occultis diuinare & ꝓnūtiare supstitiosū ē & mortale·notat tho·ibidē·ar·vi· Si sortibꝫ diuinatorijs & consultorijs vsus est & quomodo ꝙ mortale est &

probibitum xxvi q v Sortes & tribo c seqn Ex levitate autem vti talibus videtur venale vti vero sorte divisoria nō videtur peccatum extra codē c fi Si vsus est brevibus sibi faciendo vel portando vel q̄ fierent procurando quia communiter sunt superstitiosa & illicita. Nam si ibi est aliquid pertinens ad invocationem demonum vel si aliquid falsitatis cōtineat vel aliquid illicitum sub ignotis nominibus seu hebraicis lateat manifeste ibi est supersticio prohibita. Si vero sunt verba divina & bona cavendum est ne ibi immisceantur cum verbis sacris aliqua vana: puta aliqui caracteres pret signū crucis aut q̄ spes habeatur in modo ligandi aut scribendi puta in carta non nata vel in vno tempore magis q̄ in alio vel in vno loco magis q̄ in alio vel per vnum personam magis q̄ per aliam puta q̄ scribantur a ieiuno vel tempore misse vel in ecclesia vel per virginem vel in fine dicatur quicūq3 portaverit super se istud breve n̄ periclitabitur in igne vel in aqua ꝛc̄ Hec enim omnia supersticiosa sunt & illicita secundum vv & Tho vbi supra vt etiam notat Archi xxvi q v non licet Qui autem talibus credunt|scribunt|portāt|seu docent graviter peccant xxvi q vii Nō observetis nisi adeo fuerint simplices q̄ ignorātia debeat eos excusare que tamē eos non excusat cum sup hoc fuerint moniti & instructi Portare tamen super se reliquias sanctorum simbolum vel orationem dominicam vel verba evangelii ex devociōne seu fiducia dei & sanctorum sine predictis supersticionibus nō est reprobandum sed tamen prohibendum propter periculum simplicium Et qui habet huiusmodi brevia supersticiosa vel libros nigromancie vel artis notorie seu incantationū & huiusmodi non absolvatur nisi eos comburat igni Si fecit vel fieri procuravit aliquam incantationem seu maleficium vt supra naturā conferat sanitatem vel infirmitatem seu aliquid simile quod convenit soli deo sive hoc faciat verbis & in precationibus sive cōsignationibus ligaturis aut aliis quibuscuis remediis que medicorum disciplina cōdemnat illicitum est & prohibitum De tro xviii & xxvi q ii Illud & si hoc fecit sciens prohibitū mortalit peccavit et tales dicitur inimici xp̄i e c q v

Nota peruenit· Si vero ex simplicitate ignoranter fecit· credens bo
nas esse orationes vel verba· videtur veniale· neutro tamen ca
su absoluendus est nisi velit in futurum abstinere· Nec ideo
quia quandoqꝫ malefici atqꝫ incantatores egris medelam pͣ-
bent & sanis egritudinem immittere possunt· seu quia quan-
doqꝫ que diuini predicūt futura eueniunt credendū est eos in
hys aliquid proprie virtutis ac potestatis habere· sed ꝑmis-
su dei fit qui omnia iusto iudicio facit vt ipsi qui hoc audiūt
vel vident probentur quali fide vel deuotione sint erga deum
20 xxvi· q· v· Nec mirꝫ· & Deutro· xiij c· Si aliquid fecit vel fi-
eri ꝓcurauit turpe aut alicui comedere vel bibere aliquid no
ciuum dedit· puta mulier viro vl' alteri vt amaretur ab eo aut
ecōtra· vel vt aliquis odiret vxorem suam q̄ non possit eam
21 cognoscere peccauit mortaliter· extra de homici· Si aliquis
Et sciatur quid dederit vel fecerit & si potest tollere malefici
um tollat· quia meritorium est opera dyaboli destruere inten
tione curādi maleficiatū· sm hosti· & sco· in· iiij· di· xxxiiij· ar·
22 ij· q· i· Si credidit aliquā creaturā in melius aut deterius posse
mutari aut trāsformari in aliquā speciem vel similitudinē· pu-
ta in gattas quia talē trāsformationē realiter fieri est impossi
bile nisi a solo creatore & qui alit credit est infideli deterior·
xxvi· q· v· epi· & notat Augustinus· de ci· dei· c· xviij· Appa
rent vero bene potest fieri virtute demonū· patet de samuele·
23 d· c· Nec mirū· Idez Tho· prima pte· q· cxiiij· Si credidit q̄s
dam mulieres ad ludū cū dyana vel herodiade & in mira mul
titudine mulierum nocturnis horis ire vl' deferri sup baculum
vnctum seu super quasdam bestias & multa terrarum spacia
pertransire & huiusmodi· Nam hec omnia erronea sūt & om-
nino falsa· & talia fantasmata a maligno spiritu mentibus in
fidelium irrogantur· xxvi· q· v· episcopi· vbi de hoc plene· Con·
24 Tho· prima parte· q· cxiiij· ar· iiij· Si credidit predictas mu
lieres siue lamias intrare hostia clausa & surgere seu interficē
paruulos & quādoqꝫ vulnerari a patribus eorū falsū est & er-
roneū· sed demon hoc facit· secundū Augustinū & Jeronimū
sicut filios Job interfecit· Job primo· & septem viros sare
25 Tob· septimo· idem Tho· vbi supra· Si blasphemauit deū

dicendo deum non esse iustum vel omnia iuste non disponere. sed esse acceptatorem personarum· vel non videre q̄ fiunt aut non curare de actibus hominum vel proditorē seu īmerito punire & flagellare aut non posse istud vel illud facere· et huiusmodi· Quodlibet horum semper est mortale cum aduertit & intelligit quod dicit· Si blasphemauit deum vel aliquem sanctū vel maledixit· puta maledictus sit deus vel sanctus et huiusmodi sicut quandoqȝ fit ex ira semper est mortale cum aduertit ipsa verba· Si nō doluit de offensionibus dei & de eius contemptu· Si plus dilexit corpus proprium vel aliam creaturam vel nūmos q̄ deum sapit ydolatriam

Preceptum secundū de nō assumēdo nomē dei inuanum·

Secundum preceptum est· Non assumes nomē dei inuanū· Contra hoc preceptum facit omnis qui false iurat vel sine causa· Primo igitur cōfessor interrogare potest si cōfitēs piurauit seu false iurauit in iudicio vel extra semper peccauit mortaliter si hoc fecit scienter siue sponte siue coacte siue iocose siue etiam ex lapsu lingue dum tamen aduertēter· Secus si non aduertit vt notat Tho· secunda secunde· q· xcviij· ar· iij· & Archi· xxij· q· i· habemus· Si īduxit vel exegit ab aliquo iuramentū quem sciebat vel credebat falsum iuraturum & recipiens iuramentum erat persona priuata peccauit mortaliter· xxij· questione· v· Ille· Si vero non credebat ipsum iurare falsum licet etiam nesciret eum iuraturum verum videtur tantum veniale· Sed si exigens iuramentum sit persona publica vt iudex & ratione publice iusticie iuxta ordinem iudiciarium cogebatur exigere potest sine peccato & tenetur· secundum Alexandrum de al· in tercia parte· distinctione· xxxij· & Thomas vbi supra· Si iurauit aliquid certitudinaliter de quo dubitabat an veritas sic se haberet mortaliter peccauit precipue in iudicio quia periculo se exposuit periurandi· Secundo interreget confessor si iocosa leuitate vel incaute sicut solet fieri in communi sermone· quandoqȝ iurauit aliquid licitum indifferens seu nullius importantie vt de eūdo cras ad villā· vel de comedēdo & bibendo & huiusmodi

veniale est·xxv·di·§·Criminis·Si vero iuravit etiam licitũ
aliquid sed indiscrete & male·i·sine necessitate ł vtilitate &
hoc deliberate & ex proposito mortale est·vt ibi·extra eo·
Tua nos·i·Optime circa hoc distinguit Bonauẽ·iij·sen·di·
xxxix·ar·i·q·iij·Non refert qualicunqꝫ modo iuretur siue per
deum siue per sancta dei euangelia vel per sacras reliquias·
siue iuretur per fidem meam vel ꝑmitto coram deo quia ideꝫ
important vel parum differunt·vt notat Inno·extra·e·Et
si cristus·Con·Ray·& Archi·xxij·q·i·Non est·&·e·c·q·v·
Iuramentum·& duran·in sũma·e·ti·q·lxix·& se·Et quoci-
ens sic deliberate & ex proposito iuravit tociens mortalit̃ pec
cavit nisi vno impetu & contextu verborum continuato plu-
ries iuraverit quia tunc videtur vnum solum peccatum·ff·ad
l·aquil·l·Illud·Et·ff·de priva·delic·l·ij·& quod ibi nota-
tur·Facit ad hoc quod dicitur de reg·iur·in regula·delictum·
per Johannem Andream in mercurial·vbi tenet ꝙ percuci-
ens clericum plures vno contextu & impetu non incidit nisi
palu· Si vero sint factores stantes ad dandū mutuum ita ꝙ
apud eos residet quasi principalis auctoritas suorum domi-
norum vel magistrorum· Tunc si principales qui habuerūt
lucrū vsurarum nil restituunt obligant̃ ipi factores ex eo ꝙ
prestant causam efficacem argumentum in· c· episcopus de p̄
ben· li· vi· Si mutuauit alicui cōmunitati vel domino cū pa-
cto ꝙ durante debito nō teneatur soluere collectas sibi & ce
teris legittime imponendas vsura est vt videtur tenere· Jo·
an· in· c· Cōsuluit· de vsuris· Et pe· de ancha· e· ti· c· i· & Col
lec· e· ti· post miserabilem· Con· Johannes de legna· & Johā
nes cal· Si mutuauit pecuniam alicui ea intētione vel pacto
vt molat ad molendinum suum vel coquat ad furnum suum·
vel vadat ad apotecam suā ad emendum· vel si est doctor vt
intret scolas suas & huiusmodi alias nō mutuaturꝰ vsuras
cōmittit· Et si ꝓpter hoc eos dāpnificauit in aliquo tenet̃ eas
ad restitutionē· Si vero eos nō dāpnificauit nec grauauit in ali
quo qz nec cariꝰ vendidit nec plus ab eis ꝙ̃ ab alijs accepit
tūc q̄ad cōmodi vel vtilitatis ꝑ cōcursu molēdini furni apo
tece & huiusmodi augmentato consecutꝰ est tenet̃ paupibꝰ
erogare· sm· Jo· an· in reg· Peccatū de reg· iu· li· vi· in mer-
cu· & Jo· cal· in· c· nauigāti· extra de vsuris· Si posuit dena
rios in imprestitis Venetiarū mōte florētie vel locis Janue·
qz si spōte posuit & accipit aliquid vltra sortē vsura est sm
multos doctores famosos & excellētes· licz aliq dicūt huius-
modi esse contractꝰ emptionis reddituum· sed prima opinio
tutior est & verior videtur & a pluribꝰ doctoribꝰ tenet̃ & rati
ones eorꝫ q̄s allegāt difficiliores sūt ad soluendū· & opinio

dicentium q̄ sunt contractus emptionis admitti potest ꝑ ve
rā scḋm formam contractus intrinsecam sed non ſm veritatē
et naturam contractus. Idē de eo q emit ꝑdicta īpꝛestita ꝑ
ponens aliqd accipere vltra sortem: quia vsurari⁹ ē & lucrū
inde habitū restituere obligatur ſm pma opinionē qꝛ tn̄ hec
est varia doc. opinio non ē precipitanda sententia sed cō sulen
dum cuilibet vt ab huiusmodi abstineant habita restituāt vl
pauꝑibus dent. Si recipit aliquid in pignus puta domū ꝑ
centum mutuatis vsqꝫ ad annum hoc pacto q̄ si non soluit ī
termino statuto cadat in cōmissū & pignus in venditionem.
Quia si recipit mutuans in primo anno vsufructum domus n̄
cōputando in sortem illicitum est & vsura extra e. c. j. & re
stituere tenetur illam pensionem scilicꝫ vsufructū nec elapso
termino domum sibi retinere potest: quia cōtractus non tenꝫ
cum vsurarius fuerit. Secus aliquibus videtur si creditor non
recipit vsufructum domus cuꝫ tunc superfluitas valoris cadat
in debitoris penam supposita vtriusqꝫ bona fide quando con
tract⁹ mutui celebrat⁹ fuit ar. ḋ arb. dilecti nisi creditor ea ī
tentione mutuauerit quia credebat debitorem penam incurre
re qa sic foret in fraudē vsurarū. Hūc casū ponit sanct⁹ Bern
ardin⁹ ī cōtractibꝰ suis sermone. xlij. ar. ij. c. iij. tu dic huius
modi pactū in vtroqꝫ casu reprobari vt in. §. se. Si emit pig
nora a publicis vsurarijs ex lapsu temporis predita qa n̄ licu
it cū nō sit translatū dominiū in vsurariū: imo hoc pactū. s. q̄
nisi soluat̄ debitū infra certū temp⁹ pign⁹ pdat̄ reprobatur
in pignore. C. de pac. pig. l. fi. In cōtrariū videt̄ qꝛ ex hoc
nō fit iniuria domino pignoris |q se volūtarie hoc pacto cum
vsurario astrinxit: nec ꝑ hoc vsurarius efficit̄ nō soluendo qa
precium recipit pro pignore. Et communitates & domini
permittunt fieri huiusmodi pacta: Imo volunt ea firma ha
beri. His non obstantibus tene quod dixi supra: quia tutis
us est & verius videtur. Si gener sustinens onera matrimo
nij accepit in pignus a socero suo pro dote filie licitum est ex
tra de vsuris. Salubriter. Nec tenetur fructus pignoris cō
putare in sortem. Sed ad hoc vt liceat non computare in
sortē absqꝫ vsura oportet q̄ ista onera matrimonij sint certa

& sic fructus non poterunt excedere quantitatē onerum · Et
ꝙ dos sit promissa simpliciter · Nam si gener pacisceretur de
recipienda dote ad certum terminū & interim perciperet fru-
ctus · dicti fructus computarentur in sortem quia interesse nō
potest deberi ante moram · & mora non potest adesse durante
termino secundum dominum An · de bu · ibidem · vbi etiam di
cit ꝙ oportet ꝙ dicti fructus subiciantur fortune · Vnde si ge
ner non recipiat pignus sed cautionem de soluenda dote cer-
ta die & interim ex pacto recipit a socero certos denarios · pu
ta ad rationem · v · pro centenario est vsura · Nō obstat · c · Sa
lubriter · quia loquitur de fructu pignoris submisso diuino iu
dicio · Idem Johannes an · et zaba · licet paulus de laza · con-
trarium sentiat · tamē opinio prima tutior et verior est & pro
veriori defendi potest · secundum Johannem de legna · Ideo
tenenda · Idem dicit dominus Anthonius ibidem de re pigno
rata · cuius fructus sunt certi quia forte illa res est locata ad
fictum vel pensionem vel talis res est domus quam gener lo-
cat & recipit pensionem quia omnes istos fructus gener tene
tur computare in sortem · Presupposito tamen pro vero eo ꝙ
dicunt Johannes an · & dominus An · de bu · de cautione re-
cepta loco pignoris mulier potest & debet alimentari per pa
trem quousqꝫ dos soluatur & equissimum est maritum susti-
nentem onera matrimonij debere alimenta recipere a socero ·
non vt fructum pecunie dotis soluēde · sed vt vxorem nutriat
frumento vino vestimentis calciamentis et alijs necessarijs ad
arbitrium boni viri ab vtraqꝫ parte electi & sic aboletur hoc
casu omnis vsura · ꝙnis cum hoc etiam cautionem voluerit ·
Nam dicta alimenta cedunt ei tanꝙ interesse & sic potest sal
uari opinio pauli · Si mulier vidua p̄dium vel aliud pignus
recipit ab heredibus mariti pro dote restituenda quia non ha
bent vn̄ soluant tenetur fruct9 computare in sortē alias vsu-
rā cōmittit · sm hosti · in summa · e · ti · Inno · & Jo · an · in · c · Sa
lubriter · Cessat enim ratio in ea que excusabat virum cum so
cero · Sit ergo cauta mulier vt non recipiat predium vel rem
aliam in obligationem sed vel faciat eam distrahi vel recipi-
at insolutum · Alioquin fructus computabunt in sortē etiam

si statutum sit ꝙ soluto matrimonio q̄diu heres mariti distu
lerit post annum tradere dotē vxori relicte teneatur ei dare ali
menta quia tale statutū secundū Jo· de legna· & Jo· de imo·
super cle· Ex graui· de vsuris post Matheū· cōcludūt statutū
nō valere eo ꝙ soluto matrimonio· cessāt causa sustinēdi one
ra matrimonij· Ad hoc facit qđ notat Ray· in su· e· ti· & In
no· in· c· Salubriter· Imo plus dicunt m· d· cle· Ex graui scʒ
ꝙ talis statuētes incidūt in penā illius cle· quia scʒ sūt excō
municati· Fran· zāba· dicit ꝙ tale statutū vel cōsuetudo pōt
tollerari vt debeātur alimenta tanꝙ interesse post moram he
redis in soluendo· alias nō· Presupposito igitur ꝙ violenter
detineatur dos eius ab heredibus mariti nec potest se iuuare
per viam iusticie propter illorum potentiam vel ipsius inopi
am· Vel forte etiam quia heredes illius non sine magno sui
detrimento restituere possent dotem que est ī pecunia nec pos
sessionem habent quam ei dent insolutum & propter hoc mu
lier pietate ducta ne nimis eos grauet dimittit penes eos ad
tempus non crederem illicitum fore si interim non habens vn
de aliunde honeste viuat recipiat ab eis alimenta non ratio
ne mutui sed ratione interesse· Secus autem quando hoc fie
ret ob vtilitatem heredum scilicet vt illi magis possent cum
illa pecunia lucrari vel ob vtilitatem ipsius mulieris vt cum
potest dotem rehabere non curat vt ex integro suo capitali lu
crum habeat vel consequatur alimenta taxata a statuto sal
ua dote· Si prosonetta seu mediator vsure extitit quoquo
modo quia si hoc fecit idest mutuum ad vsuram quesiuit pro
aliquo absqʒ necessitate seu rationabili causa· vel etiam si ne
cessitate cogente mutuum ad vsuram tribuere remittentem in
duxit mortaliter peccauit· ar· de homici· Sicut dignum· Et
si hoc principaliter fecit pro lucro vsurarij vltra mortale inso
lidum restituere tenetur si ita cooperatus est ꝙ absqʒ eo illa
vsuraria prestatio minime facta esset· Secus autem si procu
rauit fieri pro indigente & ab illis qui parati sunt dare· secū
dum Giral· ob· Si dono vel alio quocūqʒ modo lucratiuo ha
buit aliqđ ab vsurario quia si tempore quo illud habuit vsu
rarius erat nō soluendo ad restitutionē tenetᷣ· secꝰ si tunc erat

soluendo licet postea sit impotens effectus ad soluendum nisi
forte talis res habita p vsurā adhuc extaret eadē specie: tunc
em̄ qñcunqȝ vsurarius effectus fuerit non soluendo debet re-
stitui ſm opi· tenentium q in vsura non transfertur dominiuȝ
Si vxor scienter cōmedit bibit vel induit aliqd de vsuris vi-
ri sui quia si vir non est soluendo habet tñ aliqua q̄ non sunt
empta vel habita de vsuris & dos vxoris fuit ibi prius q̄ p̄
dicte vsure tunc potest & debet mulieri dos solui dato etiam
q vir eius non habeat sufficientiam ad soluēdas vsuras· Si
vero vxor hēat dotē de vsuris vel vir nihil habet nisi habita
vel ēpta de vsuris & dicte vsure p̄mū ibi fuerint q̄ ipsius dos
tunc vxor obligat restituere qcquid p victu suo seu q̊cunqȝ
alio modo acceperit iu͛ ſm Giral· ob· Et hoc verū nisi ī casu
dum causaȝ expoliatorꝝ agit vtiliter & q̊ulqȝ verisimiliter cre
dit p ficere· Si aūt nō remaneat spes de correctione viri vsu
rarij vxor victum sibi procuret aliunde vel ab amicis vel ab
alijs subuentionem vel elemosinam postulando aut manibus
proprijs laborando seu res domus conseruando & licite aug-
mentando: aut denunciet his qui p cedere possunt vt epo qui
virum compellat eam pascere d͛ iusto· Vel si vir eius habeat
plura incerta vltra ea q̄ sufficiāt ad satisfaciendū certis proui-
deat episcopus ipsi mulieri· Si filius vel filia vel quis alius de
familia vsurarij viuit de vsuris vel alijs restitutioni obligatis
quia ſm Geral· ob· si vsurarius est soluendo & habet alia vl
tra ea ad q̄ satisfacere tenetur & sūt separata de illis pōt ex-
pendere seu viuere· Si vero ibi sūt aliq̄ iuste acquisita sed ita
mixta cum impie acquisitis q discerni non pn̄t adhuc de illis
viuere pōt dum tamen in mente habeat viuere de iusto· Cō·
Hodo· Si autem vsurarius non est soluendo quicqd consu-
munt filius vel familia in victu & vestitu restituere obligatur:
qa reddunt eū ipotentē ad satisfaciendum· Idē dico de fami-
lia raptoris· Excusari tñ possunt tales· Primo ppter procu-
rationem·io est cū causam expoliatorum agūt vt supra dictū
est de vxore· Secundo propter recompensationem: quia· s· fi
lius vel filia seu famulus tantum lucratur ī aliquo exercitio seu
laborat in domo vtiliter quod potest merito recompēsari cum

expensis sicut etiã contingit in emptionibꝰ vsurariorũ & mercantiis eorum. Tercio ꝓpter restaurationẽ scʒ si ꝓponit se restauraturum & ad hoc facultatem habere ꝓbabiliter credat nec aliunde comode viuere potest. Quarto ꝓpter ignorantiã quia scʒ nescit rem esse talem videlicet vsurariam & huiusmodi nec causam habet hoc sciendi si tamẽ postea cognouerit videtur teneri nisi filius esset ita puulus q̄ alias nutriri non poterat. ar. de con. di. v. discipulos. & de reg. iu. quod non est. Quinto ꝓpter necessitatẽ vt cum filij atqʒ filie ĩ tali etate sint q̄ aliter comode viuere ñ pñt. Hoc sanctꝰ Bernardinꝰ in restitutionibꝰ suis sermone. xxxv. ar. iij. c. j. Si gener habuit dotẽ vxoris a socero vsurario q non sufficit ad soluẽdas vsuras. Nam sm. vv. si sciebat hoc gener vel etiã si ignorabat ignorantia crassã non dẽt dotem ab eo recipe. & si recipit restituere tenetur. Secus si ignorãtia ñ crassã sed ꝓbabili qa scʒ ꝓbabiliter credebat socerum non esse vsurarium aut preter dotem vxoris habere sufficientiam ad soluendas vsuras: quia tunc reddere non tenetur licʒ postmodum sciuerit veritatem scd̃m eum. Tutius est q̄ postea sciens veritatem non recipiat dotẽ aut si recepit restituat illis quibus socer tenebatur precipue si certi sunt illi: quia nullatenus potuit secundum deum de alieno dotari. Cõcordat Giral. ob. Filia vero vsurarij que habuit dotem a patre eo tempore quo non erat soluendo licet ipsa hoc ignoraret omnino tenetur restituere nec potest legittimam retinere. Quod si maritus non patitur illam restitui culpa erit viri non vxoris: Si tamen illa proponat premoriente marito dotem restituere si econuerso vir vult dotem restitui et ipsa non patitur peccatum erit vxoris ita tamen q̄ ipse nõ percipiat de bonis ipsius dotis & proponat restituere cũ poterit. Si autem vterqʒ in non satisfaciendo concordant ambo in statu damnationis viuunt. de regu. iur. Peccatum. li. sexto. Si vero pater tempore quo dotauit filiam remanebat potens ad soluendas vsuras & gener & filia potuerunt secure dotẽ accipe nec tenent restituere etiã si postea ĩpotẽs fieret Si cooperatus est seu quoquomodo causam efficacem vsure prestitit ita q̄ sine eo non fieret. Nam licet aliqui vt. vv.

dicant talem non teneri ad restitutionem nisi q̄tum de usura p
uenit ad eum quia quod accipitur ex usura nō ē oio uolūtariū
Alij tamen q̄plures dicunt q̄ tenetur insolidum etiam si ni-
hil peruenerit ad eum. Et hec opinio tutior est ideo consulen
da. Si cooperatus est seu causam efficacem prestitit rapine|
furto aut violente usurpationi vel dampnificationi. Nam scd̄m
omnes doctores talis insolidum ad restitutionem tenetur vt
continetur etiā versibꝫ immediate sequentibꝫ. Jussio consiliuz
cōsensus palpo recursus. Participans mutus non obstās nō
manifestans. Jussio. Si iussit alicui suo subdito vt fieret
rapina furtum & huiusmodi & ex hoc eius p̄cepto secutus est
effectus dampni quod alias non fuisset factum tenetur. insoli
dum restituere etiam si nil ad eum peruenit. Jdem si noīe suo
huiusmodi damnum datum est & ipse postmodum ratum ha
buit. Consilium. Si consuluit alicui predicta fieri ita q̄ ex
suo consilio est vel probabiliter creditur damnum datum q̄d
alias non fuisset datum tenetur insolidum etiam si nil perue-
nit ad eum: si autem alias fuisset factum sine illo consilio | sed
propter illud aliquid plus factuz ē tenetur insolidum ad illd̄
plus. Jo. an. in regula nullus ex consilio li. vj. melius distin
guit. Consensus. Si consensum prebuit scꝫ cooperationis n̄
mentis tantum. Nam si sine eius consensu non poterat dam-
num fieri vel inferri tenetur in solidum. exempli gratia si duo
vel plures faciunt furtum vel rapinam vel iniustum bellum si
mul ita q̄ vnꝰ n̄ fecisset sine alio. ij. q. iij: q ꝯsentit. ij. q. j. no
tum ibi facientem & consentientem par pena constringit. Se
cus si sine eo damnum illatum fuisset: quia quilibet sine alio
vel plures sine illo fecissent tūc eīn tenet̄ solū de dāno quod
ipse dedit vel eius causa datum est. Palpo. Si adulando
laudauit aliquem raptorem vel malefactorem quasi strenuuz
& ex hoc induxit eum ad faciendum rapinam vel damnuz q̄d
alias non fecisset tenetur insolidum. Jdem si detrahendo vl̄
vituperando vt ad hoc inducat: puta quia dicit ipsum pusil
lanimem & vilem: quia non sattagit rapere & male agere|
Et ex hoc ille mouetur ad dampnificandum. Recursus.
Si receptauit fures & raptores & tuet̄ eos & ex hoc secut̄

dãna vel etiã rem raptã cũ queritur dolose occultat propter
quod non potest reperiri nec restitui ·tenetur insolidum leso
etiam si nil de rapina peruenit ad eum aut per se nil damni in
tulit· Hec tho·al·pe·& Ric·in quarto di·xv· Participans
Si participauit aliquid de rapina vel furto consumendo ĩ vi
ctu & vestitu seu alias dono recepit tenetur restituere vt su-
pra· Si vero huiusmodi rem scienter & ob sui vtilitatẽ emit
mortaliter peccauit & restituere tenetur eam domino cuius ẽ
quem si non reperit pauperibus erogare tenetur : vel precium
eius si forte iam consumpta esset· Idẽ si non probabiliter cre
debat talem rem iuste posse emere vel dubitabat seu de hoc ni
hil cogitabat· Nam in omnibus his casibus tenetur rem inte
gre restituere domino vt supra nec potest retinere ei precium
quod dedit venditori pro ea· Idem de omnibus qui successi-
ue predicto modo emerent eandem rem vt plene habetur in
sum·pisa·Restitutio·iij·& in Resti·sancti Bernardini sermo
ne tricesimaquarta· Mutus· Si vidit furtum fieri & dolo-
se tacuit vel scit vbi est res abscondita & non reuelat vt infra
peccat · Idem si potuit obsistere furto vel rapine & non fe-
cit : vel sciens rem raptam seu furtiuam non indicauit cum
interrogaretur · Nam in his tribus casibus vltimis & mu-
tus qui dolose tacet cum posset impedire & non obstans qui
posset obsistere & non manifestans cum interrogatur in iu-
dicio : si obstando vel veritatem dicendo non imminet peri-
culum sui status vel proprie persone secundum Scotum te
netur quilibet satisfacere leso siue talis sit officialis siue priua
ta persona · ar·ad hoc · ij· q ·iij·Quisquis· & extra de fur·
Cum fure· Extra iudicium vero idem dico quo ad offici
alem·Si vero sit persona priuata que ad hoc non tenetur ex
officio q̃uis peccet non tamen tenetur ad aliquam satisfactio
nem damnificato·Dicit tamen Scotus in q̃rto ꝙ q̃uis ad ali
cuius officiũ pertineat obuiare malis & damnis q̃ fiũt qñ hoc
faciendo vergeretur in aliquo casu ad malum reipublice puta
magnũ scandalum vel euidens piculũ persone ꝓprie tunc non
obuians non peccaret nec ad satisfactionem teneretur ar· di·l·
vt cõstitueretur ·alias secus vt supra·Si habuit seu accepit

rem alterius quoquomō cōtra illius meram voluntatem pu-
ta per metum·per importunitatem·per errorem vel ob reuerētī
am & huiusmodi·Nam ī omnibus predictis casibus tenetur
restituere vt habetur in supplemento·Restitutio·vij·Si ha-
buit aliquid a personis que non poterant alienare vt a pupil
lo a filiofamil's non habente peculium castrense vel quasi a
muliere nō habente bona propria a clerico religioso & huius
modi q3 tenet̄ restituere eis ad q̄s rei habite dominiū ꝉ admi-
stratio ꝑtinebat vt cōmūniter tenent theo·in·iiij·sen·di·xv·

De dampnificatione rerum exteriorum

Si aliquem dampnificauit nō soluēdo in termīo q̄d tenebat̄
Nam ratione more tenet̄ creditori suo ad omne dāpnum &
interesse extra de fideius·Peruenit·&·c· Constitutus·de hoc
interesse vide in summa pisā·Restitutio·i·Si ꝓ vsuris sibi so
lutis debitor notabilit̄ dampnificatus est & dampna passus
ex solutione vsurarum & carentia ipsius pecunie solute puta
quia oportuit eum ab alio ad vsurā accipere vel ꝓpt̄ hoc res
suas multo minori ꝑcio q̄ꝫ valerēt vendere & huiusmodi tene
tur vsurari9 vltra restitutionē vsurarū ad omnia dāpna q̄ de
bitor ꝓpter illā solutionē vsurarū ꝑtulit·sm Ray·in sū·Ric·
Sco·& Cal·Tho·scd̄a scd̄e·q·lxxviij·distinguit aut res re
cepta ꝓ vsura nō ē fructificās vt pecūia triticū & huiusmōi
& tenet̄ vt s̄·Aut est res fructificās vt ager dom9 & huius-
modi tenet̄ restituere rē cū fructibꝯ ex ea ꝑceptis·Si electus
fuit aliquādo a cōmunitate vt prestātia vel collecta aut aliq̄d
onus iustū ad rationē vnius libre ꝓ centenario soluendū īpo-
neret vnicuiq3 de cōmunitate secundum lucrū & quātitatē cē
sus ipsorū habita prius informatione debita & ex certa scien
tia plus alicui īposuit q̄ꝫ debuit vt illi noceat vel vt alios in-
debite alleuiet min9 debito īposuit·peccauit mortalit̄ & tene
tur lesis de oībꝯ dāpnis inde secutis·ar·de iniur·si culpa·Si
vero assigāta fuit ei certa determīata sūma·puta mille flor̄·diui-
denda cuilibꝫ de ciuitate ꝓ rata sua ꝓporcōnabilit̄ sm faculta
tes suas relinquēdo arbitrio cōscīetie sue ita tū q̄ꝫ ꝑueniat̄ ad
dictā sūmā mille flor̄·Nam hoc casu si intēdit alios grauare
& se & suos alleuiare notabiliter citra condignum peccauit

mortaliter & tenetur restituere vt supra omne dāpnū lesis īde
secutū ſm monal· in ſu·ſi poteſt ſciri & diſcerni ipm dampnū
alias tenebitur ad arbitrium boni viri· Idem dico de diſcuſſo
ribꝰ & extimatoribus bonorum & patrimoniorū aliorum qui
dolo odio vel inuidia plus vel minus extimant & ꝓximū vel
rempublicā dāpnificant· Nam & iſti peccāt & reſtituere tenē
tur vt ſupra· C·de diſcuſ·l·i·li·x· Idem de meſſoribꝰ agri edi
ficij frumēti vel vini ſi dolo vel lata culpa inique metiant̄·ff·
Si meſſor fal·mo·di·l·ſi meſſor·§·i·& ·ij·Et generalit̄ vbi-
cunqȝ quis doloſe vel inique facit id ad quod aſſumptꝰ eſt a
iudice vel a partibus vt cum notarius aſſumptus ad compu-
tationem litterarum male computat · vel medicus properam
refert de qualitate vulnerum & huiuſmodi· Nam omnes te-
nentur reſtituere vt ſupra · Si vero predicti collectarū diſtri-
butores extimatores & huiuſmodi habita ſufficienti dilgētia
ad ſciendum facultates et lucra perſonarum & ea que habent
extimare vel metiri bona fide taxant vel extimant & cetera·vi
dentur excuſari a peccato & obligatiōe ſatiſfactionis licet ali
cui plus debito taxauerint·ar·xxiij·q·v·de occidendis · Si
impediuit fructus prouenturos alicuius agri vel vinee arbo-
res & ſemina effodiendo aut eradicando vel alias deuaſtan-
do tenetur ad quantum extimantur fructus in illo dubio va-
lituri· Thomas in·iiij·Si officium vel beneficium quod quiſ
iam conſecutus erat & poſſidebat iniuſte procurauit ſibi au-
ferri tenetur ad omne dampnum et ad reſtitutionem equalem
Secus ſi iuſte·puta quia ille meretur priuari ex defectu ſuo·
quia tūc in nullo tenetur ſecundū thomam·& Ric·in·iiij·di·
xv·ar·v·q·iiij·Si impediuit aliquem a conſecutione alicuiꝰ
officij beneficij eccleſie aut cuiuſcūqȝ muneris puta cū aliquiſ
volebat omīa ſua bona vel partem ei legare vel donare & ipſe
diſſuaſit & impediuit ne hoc fieret· Naȝ ſi hoc fecit animo &
intentione dampnificandi illum licet non teneatur reſtituere
tantum quantum illi valeret beneficium eo ꝙ non eſt equaliſ
valoris habere bonum in actu & eſſe ꝓpe habere tenetur ta-
men ad intereſſe ipſi dampnificato ad arbitrium boni viri·Si
vero hoc fecit vt vtilitati ſue vel amici eius magis prouideret

ꝙ illi· secundum Ric· vbi supra· & Scõ· e· di· q· ij· nõ tenet
ad aliquid quia nulli erat ius acquisitum & nemini facit in-
iuriam qui vtitur iure suo· Cuilibet enim licet pocius procu-
rare sibi & amicis suis aliquid dari vel legari ꝙ alijs preci-
pue cũ indigent· Con· pe· de palu· Si quoquomodo abstulit
sacrũ de sacro vt calices paniẽta & huiusmodi ď ecclesia aut
rem sacrã de loco non sacro aut rem nõ sacram de loco sacro
sacrilegiũ commisit & restituere tenetur· xvij· q· iiij· Quisqs·
De bellꝭ iniustis & vsurpatiõe dominioꝝ collectis et pedagijs
vide infra pte· ea· ti· iiij· c· iij· De turpi lucro & p ludũ alearũ
acquisito· vide infra auaricia· De cambijs illicitis & societa-
tibus· vide parte tercia· ti· iiij· c· xi· De habitis p simoniam &
bonis ecclesiasticis male consumptis ibidem· c· xvi· & se· De
dampnis et fraudibus in contrahendo multipliciter factis ibi
dem· c· xi· de dampnis per animalia· feras & huiusmodi illa-
tis ibidem· c· xiij· De dampnificatione corporum que quadru-
pliciter cõtingere potest scꝫ· Per occisionem· p mutilationem
per vulnerationem aut verberationem· p carceratione̅ aut vio
lentã detentione̅· Ideo circa hoc potest sic interrogari· Si oc-
cidit aliquem hominem liberum· cũ liberũ corpus nõ recipiat
extimatione̅ & dampnũ illatũ fit ex cõmissiõe fiet extimatio
interesse etiam extrinseci· ff· de actio· emp· l· Julianꝰ· & sic ho
micida tenebitur ad mercedes medicorum & alias expensas
in curatione factas tenebitur etiam alere filios aut propin-
quos et pauperes quos operibus manuum suarum occisus su
stentabat vel aliter subueniebat· Ex hys elicitꝛ ꝙ si occisus
reipub· erat necessarius & ex eius morte respublica dampnũ
passa est· occisoꝛ tenetur ei ad condignam satisfactionem· Si
vero occisus erat seruus non liber idem dicendum quod de re
bus alijs vt fiat extimatio secũdũ valore̅ serui· ff· ad· l· aql· l·
ij· hec Ric· & Scõ· in· iiij· di· xv· cõ· v̇v̇· in Spe· ti· de iniur·
v· sequitur· Si dampnificauit aliquem mutilãdo ei manũ vel
pedem & huiusmodi· Nam vt dicit Scõ· vbi supra· q· iij· p
huiusmodi nõ est statuta pena in ecclesia nisi pecuniaria q̄ de-
bet correspondere nõ solum ad expensas medicorũ in curacõe
illiꝰ sed etiã ad satisfactione̅ dampni & impediti lucri ꝓ toto

tempore quo vsurus erat illo membro quo abscisus est habendo consideratione3 ad artificium seu exercitiū atq3 industriam hominis mutilati· Et videt plus ponderanda mutilatio paupis q̄ȝ diuitis si multū indigebat membro absciso ad necessarium victum · Tenet etiā truncator diues a se alere truncatū si alimonijs eget & satisfacere consanguineis illius q̄s dāmnificauit: puta si ille cui est manus abscisa alebat patrem & matrē filios & alios quod nunc facere non pōt carentia membri abscisi propterea talis abscisor ad equalia tenetur ad arbitriū boni viri· Concordat Ric·vbi supra· Non tñ fiet extimatio cicatricum nec deformitatis corpis extra de iniur·c·j·Si damnificauit aliquē vulnerādo vel verberādo tenet ad expensas medicorū & ad opas quas tali pcussione amisit · extra de iniur·si rixati·Et originaliter sumitur exo·xxj·Con·Ric·vbi supra· Si aliquem damnificauit iniuste carcerādo seu detinendo: nā tenetur ad satisfactionem iniuriarū ad iudicium sapientis· Et vltra hoc tenetur percussor seu iniurie illator pro anima occisi orare elemosinas facere & aliquam peregrinationem assumere iniūctum potest & ceteris percussis seu lesis pro iniuria veniā petere & sibi eos reconciliare·

De damno spirituali & morum·

Circa hoc Sco· vbi supra dicit q̄ in bonis naturalibus anime nec morum potest quis directe alium damnificare sed bene īdirecte dupliciter vel in acq̄sitis virtutibꝫ q̄ p vicia corrūpunt: vel in acq̄rēdis quarū acq̄sitio multiplicit impedit·s· Inducēdo reuocādo scādalizādo & seducēdo·& ideo hoc ordine pcedat interrogando·Si īduxit aliquē ad peccatū suadēdo cōsulēdo vel p̄cipiēdo hoc est mortale & qa sic fuit occasio pditionis illius & abstulit virtutes & gratiā ab eius anima iuxta illud Aug·Si fratri tuo male psuades occidis·s·illum q̄ ad animam de pe·di·j·noli· Ideo sm̄ Sco·tenetur restituere damnum modo sibi possibili inducēdo eū efficacit ad penitentiā & virtuosos mores v̄bis & orōnibꝫ & huiusmodi Si reuocauit aliquē a meliori bono puta a religione· Nā sm̄ Sco·vbi s̄·q·ij· si retraxit aliquem iam pfessū tenetur agere

vt redeat ad religionem & si nolit redire tenetur aliū eq idoneū religiōi pcurare q si nec hoc pōt tenet ipe intrare si sit psona idonea & abilis ad itrādū· Si vero retraxit aliquē dispositū ad religionē ne itraret ñ tenet ad tantā restitutōz religiom ad qntā teneret in pmo casu: qa interest multū inter hēre & spe esse s tenet ad aliqualē restitutōez alteri⁹ equalentis ad ingressū religiōis· Et istud itelligo verz qn ipm retraxit intentōe dāmificādi religionē· Sec⁹ aūt si intentōe vtilitati ppie siue spirituali siue temporali cōsulendum nō suggerens aliquid falsū nec in fraudē qa tunc nō tenet ad aliqd religioni s tenetur psone quaz retraxit vt in persuasiōibus & aliis bonis spiritualibus ad bona equiualentia bonis illis quibus illum retrahendo dammificauit· Concordat Ric· vbi supra· q· iiij· Idem videtur dicendum d professo tacite quod de expresse pfesso· Nam talis obligatur religiōi saltem in genere· Si autem quis auerteret aliquem a religionis ingressu ñ simpliciter sed ab ea vbi dissolute viuitur intendens puidere saluti illius in nullo tenetur· ar· xxiij· q· v· de occidendis· Si aliquem dāmificauit ei malo exemplo suo scandalum prebendo: sicut se pe faciunt mali prelati subditos suos pompis lasciuiis & aliis malis moribus suis· Mulieres suis superfluis & vanis ornamentis fucis & tripudiis & quicunqz alii publice peccantes· Tales enim grauiter peccant precipue cum credunt alios in diuersa vicia propter eorum malum exemplum ruere: nec curant aliquid· Et tenentur satisfacere publice bonis exemplis & moribus quantum possunt· Non tamen propter hoc tenentur ad aliquam publicam penitentiam secunduz Albertum· Si dammificauit aliquem seducendo: puta virginem· De hoc supra precepto sexto· Et ero· xxij·

Preceptū octauū est de phibitione falsi testimonij·

Octauū pceptū est· Non falsū testimoniū dices· Quo precepto sm Augustinuz prohibetur generaliter omne mendaciū perniciosum iocosuz siue officiosū ex libidine mortali dictum de q sapiētie· j· dicit· Os qd mentit occidit animā· Mendacium vero officiosū & iocosum ex libidine

veniali dictum non ꝓhibet᷑ sicut nec in alijs p̄ceptis ꝓhibe
tur culpa venialis· Dicit tamen Augustinus ꝙ nullo casu mē
tiendum est quia difficile est scire an procedat a radice mor-
talis libidīs vel venialis· Potuerūt ergo sic fieri interrogatio
nes circa hoc preceptum· Si dixit falsum testimoniū cōtra ali
quem in iudicio mortaliter peccauit secundum Thomam secū
da secunde·q·lxx· Et vltra peccatum mortale tenetur leso de
omni damno·xiiij·q·vj·si res·& ·ij·q·j·notum· Idem si cer-
tum asseruit illud de quo dubitauit & est periurus in vtroqꝫ
casu: non tamen tenetur significare se falsum dixisse ꝓpter pi
culum ex quo ille punitus est· Si extra iudicium dixit menda
cium perniciosum cōtra honorem dei veritatē fidei vel in nota-
bile dannum ꝓximi spūale vel temporale: puta dixit fornica
tionem non esse peccatum vsuram & huiusmodi| seu negauit
qḋ ipse vel alius debet alteri dare & ipse nouit mortalit᷑ pec
cauit· Si in iudicio interrogatus a iudice suo iuridice menda
cium dixit seu veritatē tacuit mortale est ſm Augustinum &
Alexandꝝ de al'· super hoc precepto· Si in predicatione stu
diose mentitus est mortale est· Secus si ex surreptione· Si
scient᷑ mendaciū dixit in cōfessione mortale ē·s· de necessario
confitendis· Si dixit mendaciū iocosū·i·causa solacij vel offi
ciosū·i·ad ꝯsequendam inde aliquā vtilitatē spiritualem vel tē
poralem sine alterius nocumento veniale est tā in viro perfe-
cto ꝙ inpfecto ſm Alexādꝝ vbi supra· Si testimonium tulit
ꝓ pecunia mortalit᷑ peccauit & tenet᷑ ei restituere q dedit nisi
dederit ad corrūpendū eū·xiiij·q·v·nō sane· pōt tn̄ accipe in-
teresse vt si ꝑdit opam ꝓpt᷑ hoc· Si assiduitate & mala ꝯsue-
tudine mentiat᷑ etiā iocose ſm Hosti·ī sū·ti·ꝺ pe·& re·§·que
interrogatōes· mortale ē· De detractatiōe ꝯsequent᷑ he interroga
tōes pn̄t fieri· Si imposuit alteri falso aliqḋ crimen verbo cā
tilena vel libello famoso p se vel p alium mortaliter peccauit
et tenet᷑ ad restitutōꝫ fame ſm Ray·recognoscēdo errorē suuꝫ
et declarādo illis corā qbꝰ detraxit & ī alijs locis ī qbꝰ sentit
illū infamatū se falsū dixisse nisi ex hoc īfamatꝰ magis īfama
ret᷑ vel īmineret ei īges piculū vite vel aliqḋ magnū īcōueni-
ens sequeret᷑ & vltra hoc tenet᷑ īfamato veniam postulare si

nouit se infamatum ab eo et tenetur cū eo cōponere de iniuria
& hoc p se si audet vel p aliū si n̄ audet· Si crimē alteri⁹ verū
ſ3 occultū manifestauit mortalit̄ peccauit & tenet̄ ei ad resti-
tucōēȝ fame inq̄ntū pōt sine picula vt s̄ vel nisi illud crimē pri
us occultū postea p aliā viā fuerit publicatū· si crimē occultū
alteri⁹ mānifestauit n̄ intēcōe diffamandi l̄ alias nocēdi ſ3 ex q̄
dā leuitate vel loq̄citate nō videt̄ mortale nisi p accidēs ex il
la mānifestacōe sequeret̄ ei⁹ infamatio· vt q2 audiētes inde de
eo scādalizati sūt· Cō· tho· scḋa scḋe· q· lxxiij· Si ad pctm̄ alte
ri⁹ qḋ narrauit addidit aliqd notabile vltra peccatū tenetur
ad restitucōēm fame si illud importat infamiam· Si narrauit
crimē alteri⁹ coram aliis nō expresse asserendo nec tanq̄ȝ certū
dicendo sed ꝓut audiuit referendo nil addendo licet peccet &
periculosum sit talia audita referre non tamen tenetur ad resti
tutiōem fame· ſm Sco· in· iiij· Sed si hoc fieret intēcōe mala
sc3 ledēdi ꝓximū vel infamādi nō videt̄ posse excusari a mor
tali· Si accusat⁹ in iudicio de crimīe qḋ cōmisit sed occulto
negauit se illud cōmisisse & sic indirecte crimē imposuit accu
satori & calūniā ostendens eū in hoc esse mendacē· ſm Sco·
vbi supra n̄ tenet̄ retractare negacōē3 suā qua negauit ī pub-
lico verum crimen tenetur tamen restituere famam accusanti
dicēs sic nō habeatis eū ꝓ calūmatore credēdū est q2 habue-
rit bonā intentionē & huiusmodi· Si accusauit in iudicio vl̄
denūtiauit p̄lato crimen verū alteri⁹ non zelo iusticie sed odio
mortaliter peccauit· Si vero ei vel etiā aliis ꝑsonis q̄ possint
peccanti prodesse & prouidere· denūtiauit etiam si crimē sit oc
cultū nō peccauit ymo merit⁹ est· xxij· q· v· hoc videt̄· Si bo
na facta ab aliis dixit facta mala intencōē ꝓpter odiū peccauit
mortalit̄· Idem si tacet ea odij causa cū sit necessarium dicere
ad liberandum proximū & hoc verum ꝑsertim in foro cōscie
de sen· exco· quanto & infra eo· dilecto li· vi· Si cū delecta-
tione absq3 resistentia audiuit detractores vel induxit eos ad
detrahendū ꝓpt̄ odiū ei⁹· cū detrahit̄ nō minn⁹ peccat q2 detra
hens· si vero peccatum ei non placuit sed ex timore vel negli-
gentia & huiusmodi non contradixit veniale tm̄ videtur nisi
ei ex officio incubuit secundū tho· scḋa scḋe· q· lxxiij·

Nonū preceptū ē· Nō cōcupisces vxorē alienā· Hic notandū ꝙ ꝗuis peccatū volūtatis et opis vnū peccatū sint in radice· scꝫ in libidie & intencōe duo tñ sunt in effectu deordinacōis· ſm Alex· de al· pte tercia· sup hoc pcepto· Ideo sicut sexto precepto decalogi prohibetur actꝰ exterior mechie· Ita hic prohibetur actus interior cōcupiscētie prout est in consensu rationis· non autem prout est in primo motu scꝫ suggestione vel delectatione prohibetur simpliciter sed ſm quid· Potest ergo sic interrogari· Si concupiuit aliquando committere aliquod peccatū carnale cum muliere aliena· Nam si deliberate & cum consensu rationis ad hoc consensit mortaliter peccauit etiam si nullus effectus secutus sit· Math· v· Qui viderit mulierem ad cōcupiscendū eā iam mechatus est eam in corde suo· Idem ē si concupiuit peccare cū masculo· & quia vt inquit Amb· intētio operi nomē imponit sequitꝰ ꝙ qualis ē cōcupiscētia talis sit species peccati· exēpli gratia· Si concupiuit cōmisceri carnaliter cum soluta virgīe stuprum cōmisit· si coniugatam· adulteriū· si monialem sacrilegium· si consanguineā incestum· propterea de singulis huiusmodi cōcupiscencijs deliberate & cum cōsensu rationis factis oportet specifice confiteri cū debitis circumstancijs· Nam totiens peccauit mortalitꝰ quotiēs cōcupiuit fornicari cū aliqua vt supra factis aliquibꝰ interuallis· Sed si versetur cōtinue in talibus desiderijs p spaciū temporis erit solū vnū peccatū mortale· sed tanto grauius quanto diucius in eo perseuerat· Idem si mutat cogitationem de vna persona ad aliam vel de vna specie ad aliā speciem cū eadem persona semp denouo peccat mortalitꝰ· vñ si centū mulieres videret vnā post aliam & singulatim eas deliberate carnaliter cōcupisceret cencies mortaliter peccaret· sed si vnā cogitatione eas appeteret vnum solum peccatum esset habens in se tot peccatorum deformitatem· Si prestitit consensum solum in delectatione cogitationis carnalis licet non intenderet vllo pacto peruenire ad actū mortaliter peccauit ſm omnes theologos cōmunitꝰ· & notat

duran· in fiima· li· i· pte· viij· ti· ꝺ luxuria· q· xx· Si oblectat9 est morose in cogitacōibꝫ carnalibꝫ absqꝫ tn̄ cōsensu & deliberacōe rōnis· nā i hoc est varia opīo doc· Nic· de li· Math· sup illud· Qui viderit ꝛc· dicit hoc esse veiale peccatū· Iohē tho· Bonauē· vero scḋo sen· di· xxiiij· ponēs duplicē ɔsensū ex pssū scꝫ et interptatū dicit ꝙ nō solū est pcm̄ mortale· qn̄ rō cōsentit expsse ſ etiā qn̄ hō cōsentit nō expsse dū negligit reprimē delectacōez aduertēs piculū retēte cogitacōis· Nā ipse sibi ē cā discrimis qḋ nō pōt eē absqꝫ cōtēptu ꝓprie salutis et cōseqnter mortale· Cō· pe· Alex· vero de al· i· q· ij· expresse asserit delectacōem carnalē morosam esse mortale peccatum

Decimū & vltimū preceptū de nō cōcupiscēdo rem ꝓximi

Decimū preceptū est· nō cōcupisces rē alienā· hoc pcepto ꝓhibet9 oīs ɔcupiscētia rei aliene pariformiter vt dictū ē i pcedēti pcepto de ɔcupiscētia carnali ideo sic poterit interrogari· Si ɔcupiuit deliberate habere nō mō licito rē alienā & qḋ & quō vt habeat9 species peccati q̄ necessaria est confiteri cum debitis circumstancijs vt supra precipue sit quid notabile quod desiderauit habere illicite vel p modum illicitum mortale est & eiusdem speciei peccatum vt si desiderauit occulte tollere est furtum· si violenter rapere rapina est· Si rem sacram est sacrilegium· & sic de alijs non tamen tenetur restituere· Si vō aliqn̄ abstulit aliqḋ alicui vl̄ dāpnificauit in minimo desiderauit tollere quid magnū mortalit9 peccauit vt sepe cōtingit mercatoribꝫ et artificibꝫ q plus decipere cupiūt q̄ᵃ actu decipiant·

De vicijs capitalibus & eorū speciebꝫ Ca· iij·

Hic ꝓ fundamēto nota fm̄ Alex· de al· scḋa pte sū· q· xxxv· ar· i· ꝙ circa hec vitia pōt hō duobꝫ modis coīde peccare mortalit· primo mō cū aduṫent & deliberate cū ɔsensu rōis delectat9 cogitare sup eo qḋ ē peccati mortal9 puta fornicacōis homicidij rapie furti & huiusmōi q̄rens delectacōz peccati cogitati· nā hoc ē mortale licꝫ n̄ intēdat actu illud cōmittē & ē eiusdē speciei cui9 ē illud quod versatur

in mente. Scd'o modo peccat quis mortaliter cu3 cogitando id quod est mortalis culpe illud appetit actu perpetrare. Et si nunq sequatur effectus: nā in hoc voluntas p facto reputat.

Interrogacões

Poterunt ergo sic fieri interrogationes & primo circa supbia3 que est inicium omnis peccati. ecclesiastici. x. & fm Greg. habet quatuor species. Si bona naturalia spiritualia vel temporalia q̄ habet sibi attribuit & nō a deo habere recognoscit. Si bona ipsa a deo recognoscens meritis suis principaliter recepisse extimauit. Si ea bona que non habuit sibi attribuit vel plus q̄ habuit. Si reputauit vel reputari appetiuit se ceteris meliorē alios cōtēnens. Nam in his q̄tuor spēb' semp ē mortale alias est veniale. Si existimauit se dignum honore vel dignitāte & mente deliberata appetiuit ore ptulit seu ope pcurauit principaliter ppter honorē vel vtilitatem temporalem mortaliter peccauit. Si appetiuit dignitate3 vel officium ecclesiasticum seu seculare ad quod est idign9 & iept9 vt quia est ignorans vel criminosus mortale videt. Si appetiuit seu q̄siuit ad huiusmodi peruenire etiam contrafaciēdo pceptis dei si oportuisset mortale ē. Si q̄quomodo q̄siuit honorē i aliqua re ita inordinate q ibi cōstituerit finē mortale ē alias veniale videt. Si presumens de virtute sua & supra vires suas temptauit ea q̄ non couenıunt eius conditioni arti vel scientie: qa si hoc fecit cū piculo expresso corpali seu spirituali sui vel alterius mortaliter peccauit. Si alterius facta dubia in malam ptē deliberate iudicauit sine idiciis manifestis mortaliter peccauit: si deliberate iudicauit de mortali alias venialiter si iudicauit de veniali. Si ptinaciter & sciēter cōtēdit aduersus alterum contra veritatē & in reb' alicuius iportātie mortale videtur. Si curiose scrutatus est ea q̄ sunt supra capacitatē suam vt de trinitate pdestinatione & huiusmodi qa q̄nq3 pōt esse mortale ppt piculū. Si ex cōtēptu non obediuit deo & ceteris superioribus suis spiritualib' & temporalibus in preceptis iustis que pertinent ad eo3 iurisdictione3 mortaliter peccauit. Si vilipendit recepta dei beneficia vel murmurauit ꝯ ei' seu in eorum contemptum aliquod peccatum commisit qa mortale est & peccatum ingratitudinis. Si declinauit vel recessit ab

obediencia pape & sancte romane ecclesie adherens alicui an
tipape scismatico vel alicui secte reprobate mortale ē & excō
municatio· Si tñ essent duo electi & qlibet eoꝝ crederet se pa
pā esse & sic crederet a suis seqācibꝰ neutꝰ eoꝝ posset dici scis-
maticus & cōsequenter excusarent populi si dispositi forent
illi adherere quē pro certo scirent esse verum papam & valēt
gesta ꝑ vtrunqꝫ in locis vbi tollerant· xxiiij· q· j· c· j· in glo·
& · e· q· c· de decimis in glo· ij· Si fuit nimis ꝑtinax in sen-
tentijs suis discrepans a cōmuni iudicio ceteroꝝ est ꝑiculosū
et pōt qñqꝫ esse mortale qñqꝫ veniale· ꝫ si discordauit se ab a
lijs in his q̄ ordinant ad dei honorē vel ꝑximoꝝ vtilitatē ꝑ
eo ꝙ male afficit ad eos vel vt preceteris ostendat se sapien
tiorem mortale est· Si irreuerenter se habuit ad ecclesie sacra
mēta & alia diuina & derisit ea mortale est· Si cōtempsit vel
derisit bonos viros & simplices vel deo seruire volētes vt sic
eos retraheret mortalit peccauit· Si irrisit aliquē intēdēs ex
hoc iniuriā eius vilificationē & notabilē ꝑturbatōez mortalit
peccauit ·secus si ex leuitate aut causa ioci

De Inani gloria

Inanis glia ē inordīatꝰ hūane laudis appetitꝰ & ex
gñe suo ē veniale pōt tñ eē mortale dupl'r· s· rōe sinꝰ
ꝓpt quē laus appetit & rōe opis in q̄ lausꝰ q̄rit· Poterit ergo
de ea sic interrogari· Primo si opa sua de gñe bonoꝝ vt ieiunia
elimosinas & orōnes & huiusmodi fecerit p̄ncipalit ad laudē hu
manā vel ꝓpt lucꝝ sicut pharisei q deuorabāt domos viduaꝝ
simulātes logā orōnez· Math· xxiij· mortale ē· Si q̄siuit glī
am & laudem ex opere peccati mortalis peccauit mortaliter:
si hoc egit mente deliberata· Idem si se laudauit de ope mor
talis peccati · Si gloriam quesiuit de opere indifferenti: vt
habere diuitias vel vestes preciosas est veniale | dummodo
de se nō sint ita inordīate ꝙ p̄beant occasionē scandali· Ideꝫ
si se iactauit de huiusmodi ope īdifferenti· Si ita inordinate
appetiuit laudem & gloriam ꝙ propter eam consequendam
paratus extitit etiam contra dei precepta facere mortaliter
peccauit · Si adinuenit nouitates vestium ornatuum va-
nitatum & huiusmodi grauiter· peccauit · Et si fuit causa

inducendi aliquam malam consuetudinem omnia peccata inde secutura imputabuntur ei. Si edificia sumptuosa & picturis curiosa vltra decentiã cũ ppriis insigniis ad eius gloriã principalit' fieri fecit ibi finem suũ constituens mortale etiã videt'. Si vsus ẽ vestimentis pciosis vel mulier vsa est vestibus recamatis & caudatis planulis altis coronis capitis fucis & alijs ornatibus ad ostentationem & inanem gloriam mortale est: si adeo in eis oblectata ẽ vt non curaret ppter hoc transgredi mandata dei vel ecclesie nec de ruina proximi etiã si sciret eũ inde scãdalizari. Si vo vt placeat viro suo vel ne cõtẽnatur ab alijs seu ex leuitate talibus de se vsa ẽ non videt' mortale nisi sit ibi notabilis excessus vt verisimiliter possit esse occasio ruine alijs. Si adhibuit nimiam diligentiã & studiũ & consumpsit multũ tempus ad ornãdum se vel si excessit in portatura vestium quo ad numerum quo ad preciositatem quo ad formam non secundum morem patrie vltra statum & conditionem suam potest ibi de facili esse mortale. Si simulauit sanctitatem habere p opera exteriora cum malus sit: si hoc fecit ad consequendam laudem humanam ibi constituens finem vel intendens aliquid quod sit contra honorem dei seu vtilitatem proximi vt disseminare errores adipisci indigne ecclesiasticam dignitatem decipere proximũ spũaliter vel tpaliter: puta vt citius ei dent' elemosine qsi viro sancto vt faciũt ceretani & multi questuarij in his omnibus mortalit' peccauit & hij restituere tenẽt' sm Inno. Si iactauit vel laudauit se alios contẽnãdo vt phariseus publicanũ mortale vr. Si laudes hoĩz vel reuerẽcie sibi exhibite deliberate ei placuerũt pncipalit' ad ppriam gloriam mortale videt'.

De Inuidia.

Inuidia ex supbia orit' & ẽ odiũ felicitatis aliene seu tristicia de alienis bõis & ex suo gne ẽ peccatũ mortale qa directe contrariat' caritati q̃ nõ emulat'. j. cor. xiij. põt tamẽ esse veniale cũ consistit ĩ pmo motu absq3 consensu rõis & scdũm Grego hẽt qnq3 filias q̃ sũt. odiũ exultatio ĩ aduersis tristicia in prosperis susurratio & detractio. Põt addi & blasphemia

Poterunt ergo sic p ordinē interrogacōes fieri· Si inuidet ali
cui puta plat? de maiori platione & dignitate· Officialis ex
istenti in digniori & meliori officio· Doctor alteri doctori de
maiori sciētia l' cōcursu· Scolaris alteri scolari de acutiori in-
genio· Mercator alteri mercatori d' maiori credito· Ciuis alte
ri ciui d' maiori honore & reputacōe· Artifex alteri d' artificij'
concursu lucro & huiusmodi· Mulier alteri mulieri de marito
pulchritudine· filijs· & ornamentis· In hys omnibus si adest
consensus rationis est mortale quia cōtra caritatem ꝓximi cū
doleat de eius bono· si tamē doleret de bono tempali alterius
quia videt illud redundare in detrimentum anime sue vel cō-
munitatis talis dolor nō est peccatū· Si odiuit deū qr flage
lauit eū vel impediuit mala desideria eius vel quia prohibuit
peccata carnalia & huiusmodi mortale est· si odiuit ꝓximum
optās ei aliquod notabile malū mente deliberata mortale est·
siue malū sit spirituale· corporale vel tempale· Si vero malū
ei optauit non vt malū ſ ꝓpter bonum eius· puta infirmitatē
paupertatē & huiusmodi vt scʒ bon? efficiat' l' saltē ne peior
fiat & alijs nocere nequeat hoc nō est odium· Si odiuit vnū
vel plures & quāto tempore in odio pseuerauit· Nā quotiēs
odiū mēti ei? d' inimico occurrit & ipe nouo cōsensu rōnis in
illud cōsensit totiēs mortalit' peccauit· Nō tñ debet petere ve
niā ab illo quē odiuit si odiū secretū fuit· Si exultauit aīo deli
berato de malo & dāpno seu de q̄uis aduersitate ꝓximi ex in
uidia mortale ē· Si cōtristat? ē ex inuidia de bono & ꝓsperi
tate ꝓximi mortale ē si adest rōnis ɔsensus· De detractiōe vi
de ſ pcepto octauo· Si dixit blasphemiā in spiritū sanctū de
qua habetur Math· xij· q̄ nō remittit' nec in hoc seculo nec
in futuro qr cōmittitur ex malicia· Et habet sex species q̄rum
prima ē inuidentia fraterne gratie· scda impugnatio veritatis
agnite scʒ cū qs cōtradicit veritati fidei quā nouit· tercia ꝓsū-
ptio de i pumitate cū scʒ qs peccat assidue & tñ p̄sumit dei pu
nitionē euadere· q̄rta est obstinatio mētis scʒ in peccatis cōmis
sis· quinta desperatio scʒ cū qs credit deū nolle vel non posse
ei parcere etiā penitēti vel nolle saluare eū· sexta impenitentia
finalis cū scʒ qs firmiter ꝓponit non penitere in futurum

De ira·

Ira que oritur ex inuidia· fm Aug⁹· est vlcifcēdi libi-
do· & ex fuo genere est mortale peccatum quia cōtra-
riaᵗ caritati q̄ nō irritatur nec cogitat malū· i· Corin·
xiij· Et hoc verum qn̄ est a voluntate deliberata· i· cū cōsensu
rationis· & habet filias sex· fm Greg· scz· Rixā· Tumorē mē
tis· Contumeliam· Clamorem· Indignationem & Blasphe-
miam· De quibus per ordinem sic interrogari potest· Si ꝓpᵗ
aliquam iniuriā dampnū illatū vel nocumētum in se vel in fu-
os cōmissū appetiuit deliberate vindictā seu punitionē offen-
soris quo quomodo vel p se vel a deo vel ab alio hac sola intē
tione vt se vindicet & satisfaciat aīo fuo irato mortale ē· Si
vero fit fine cōsensu rationis vel quid minimum veniale est vt
quottidie accidit curā familie gerentib⁹· Si ex ira rixam fecit
cum aliquo percuciendo inuicē· Nam si hoc fit aīo nocendi vel
iniuriandi seu vindicandi in adultis mortale est· Sec⁹ si aīo
se defendendi tm̄ cū moderamie inculpate tutele· Si tumore
mentis inflatus varios modos se vindicandi excogitauit &
hys multū mētē implicauit potest esse mortale & veniale fm
ꝓcessū· Si dixit alteri verba contumeliosa aīo iniuriādi dicē-
do ei defectum culpe· scz fur· adulter vel homicida & huiusmoi
vel defectū pene· scz rustice· serue cōtracte· cece· & similia hoc
tm̄ ꝓprie dicitur cōuiciū vel defect⁹ indigētie· scz iproperando
iniuriose beneficiū qd̄ ei contulit· Nam in hys omnib⁹ morta
le est si ex liuore odij· scz causa dehonorādi & vlcifcendi· fm
Tho· secūda secūde· q· xxvij· ar· ij· Si dixit verba iniuriosa·
seu contumeliosa familie fue discipulis vel fibi fubditis cor-
rectionis causa nō est peccatū nisi excedat vel nisi diceret ali-
quid vñ sequereᵗ eis infamia vel scādalū vel qd̄ esset qo no-
tabile falsū· nā tūc esset mortale vel veniale fm excessum· Ve
runtamē· si p̄lat⁹ fubdito· patᵗ filio· vir vxori· magister disci
pulo· dn̄s seruo· dicit verba cōtumeliosa ex correctione & ex
cedit modū· fm Augustinū nō teneᵗ petere veniā a talibus·
lxxxvi· di· Quādo· & c· Faciētis· Si vero odio & liuore vm
dicte vel multū iniuriose dicerent tenentᵗ veniam petere & re-
conciliare lefum priuate vel publice fecundum ꝙ contumelia

illata fuerit ſm Ray· Si tñ poſt ɔtumeliã qui iniuriã recepit
domeſtice & familiariter ɔuerſatur cum eo q ſibi ɔtumeliam
intulit cũ ex hoc videat̃ remiſiſſe iuriã & recõciliatũ fore nõ
tenet̃ iuurians veniã petere ſm durañ·i ſi· Si ex ira vocem ex
altauit ɔtra aliquẽ inordinate clamãdo ſeu confuſe ɔtra eũ cõ
uiciando/ peccauit plus & minus ſm quantitatẽ exceſſus· Si
ex indignatione quã habuit erga aliquẽ reputans ſe ab eo iñde
bite iniuriatũ ſubtraxit ei ſigna caritatis extrinſeca & oſtẽdit
ei ſigna expreſſiua rancoris iterioris mortaliter peccauit q2
cõtra caritatẽ egit· Nã vt dicũt theologi ex iniurijs illatis q2
quomodo tria ſolent oriri leſo· Primum eſt rancor in affectu
Secõm rancoris ſignum in affectu· terciũ eſt actio cõtra iniu;
rantẽ· Primũ·ſ·rãcorẽ qlibet tenet̃ ſtatim dimittere etiã ſi ñ
roget̃· Secõm tenet̃ dimittere & veniã ɔcedere vñ ea pitẽ
ti·i·pato emendare ſm facultatẽ ſuã· Terciũ aũt non tenetur
dimittere niſi facta ſatiſfactõe nec tenet̃ de neceſſitate ſalutis
ille cui irogata ẽ iniuria querere amicitiã ſeu recõciliationem
iniuriantis ne ei ſit occaſio mali puta quia ex hoc iniuriãs ſi
pbiret vel audientiã ſumeret talia faciendi niſi ĩ caſu·ſ·cũ cre
deret pbabiliter q2 ꝑpt̃ hoc liberaret animã eius a mortali o2
dio· Licet etiã iniuriato ſubtrahere ſe ab eius familiaritate ꝑ
maiori ſui pace ſꝫ ei loq̄lã oĩno tenere ſiue obuiãdo ei alias di
ertere aut torno vultu euz reſpicere & huiuſmodi nunq̃ʒ licʒ
qa ſiit indicia odij mortalis· Si blaſphemauit aliquẽ animo
deliberato non bono fine ſed vt eueniret illi talis blaſphema
in malum eius mortale eſt· Si vero ex ſubito motu ire non
deliberate veniale eſt ſicut contingit quotidie parentibus ma
ledicere filijs· Si maledixit creaturas irrationales· Nam ſi fe
cit ĩ deteſtationẽ creatoris vel in dampnum domini earum mor
tale eſt alias veniale· Si blaſphemauit animas parentum ſu
orum defunctorum vel etiam aliorum videtur mortale· Idẽʒ
ſi ex ira ſeipſum maledixit · Si blaſphemauit diabolum· Si
partialis fuit guelfus vel gibilinus· & ita obſtinato animo vl̃
partiali q2 appetiuit dampnum exilium vel exterminium contra
rie partis per phas & nephas paratus etiã in his q̄ ſunt pec
cati ſequi partẽ ſuaʒ mortalit̃ peccauit & ẽ in ſtatu dãnatõis

Et si verbo signo vel facto ꝑtialē se ōn̄dit mortalit̄ peccauit.

De accidia.
eſt p annū ab executōe officij extra de ſen· & re· iudi· cū eter
li· vj· Si ſentētias excōicatōis ſuſpēſionis vel interdicti mīns
defacili fulminauit: nā hoc ñ licꝫ niſi ꝓ cōtumacia & peccato
mortali· xi· q· iij· Nemo· & · c· ſi aut nobis· Et ſi ſine monici-
one legittima premiſſā vel ſine ſcriptis ſeu alias cōtra ordinē
iuris grauiter peccauit & eſt ſuſpēſus ab ingreſſu eccleſie per
mēſem vnū· extra de ſen· ex· ſacro· A iudice tā ſeculari q̄ꝫ ec
cleſiaſtico· Si ordine iudiciario nō ſeruato iudicauit graui
ter peccauit· nā null⁹ eſt ɔdēpnād⁹ niſi iudicio ordīabilit̄ ha
bito aut ɔuincat̄ aut reū ip̄e ſe cōfiteat̄ niſi alias crimē foret
māifeſtū· ij· q· i· §· hys omib᷒· Si ptē ɔtrariā quoquō iniuſte
grauauit dilacōes cōtra ius aut q̄ſtiones ſeu inquiſitiones ad
quas reſpōdere nō tenebat̄ fecit· Si doloſe locū appellādi de
dit aut poſt appellacōꝫ legittimā in cauſam ꝓceſſit ſeu alle-
gacōes friuolas fecit ł admiſit· Si dieb᷒ feſtiuis exercuit iu-
dicialia· ꝓhibitū eſt· extra de fer· c· i· Si pauperibus viduis
& orphanis ñ ſubuenit vt tenet̄· Nā ſi ſcient̄ deliquit in quo
libet p̄dictorū videtur eſſe mortale·

Ab accuſatore ſeu actore

Voniā accuſator ſeu actor requirit̄ in iudicio· Nā iu-
dicis eſt nemīnē ſine accuſatore dāpnare· ij· q· i· multi
Ideo ab eo pōt ſic interrogari· Si aliquē accuſauit d̄
crimīe· nā ſi calūnioſe egit īponēdo ei falſū crimē ex malicia ł
petēdo ei aliq̄ bona tanq̄ꝫ ſibi debita q̄ tñ nouit ſibi ñ deberi in
vtroqꝫ caſu peccauit mortalit̄ & de oī dāpno inde ſecuto te-
net̄ leſo mō ſibi poſſibili ſiue leſus fuerit ī tpalib᷒ ſiue ī fama
ł in pſōa· xiiij· q· v· Nō ſane· ī ſi· & e· cā· q· vi· ſi res· tñ ſe māi
feſtare p⁹ factū vbi vite immeret piculū nunq̄ tenet̄· ſi in ꝓ
greſſu cāe crimial̄ pecūia corrupt⁹ aut rei accuſati ł amicorū
ei⁹ p̄cib᷒ indut⁹ iordiate deſtitit a ꝓſecucōe cāe inchoate ſcꝫ
colludēdo cū reo & ñ iducēdo legittimas ꝓbacōs q̄s habꝫ cō
tra eū mortalit̄ peccauit qꝛ īpedit bonū reipublice qđ ꝓcurat̄
p pūicōꝫ criminū ſcḿ tho· ſcđa ſcđe· q· lxviij· ſec⁹ ſi eſſet ī cā ci
uili vbi agit̄ de tpalib᷒ & d̄ īdēpnitate ſiue acq̄ſite iur· ipi⁹,

actoris· nã qlibet pôt renũtiare iuri suo· vij· q· i· ꝙ piculosũ si
hñs iustã cãz siue criminalẽ siue ciuilẽ ꝑ indebita media eã ꝓse
cut⁹ ẽ vtẽdo mẽdacijs in iudicio falsis instrumẽtis & testi· ac
ꝓbacõibꝰ alijs ne pderet eã· qꝛ licꝫ mortalit̃ peccauerit ẽm tho·
vbi s̃· q· lxix· et· xxij· q· ij· faciat· ñ tñ tenet̃ ꝓpt̃ hoc ad aliqd
alteri pti cũ cert⁹ foret ł saltẽ p̃sumeret hr̃e cãz iustã & sic in
veritate tandẽ repit· Et hoc verꝫ in cã ciuili sec⁹ aũt in crimia
li qꝛ nisi cert⁹ sit de crimĩe & possit legittime ꝓbare si accusa
ret nõ excusaret̃ a mortali· Si qñqꝫ aliqd obtinuit ex ĩiusta
sentẽtia data ꝓ eo a iudice· nã ẽm oẽs doc· Si habuit malã
ꝯsciẽtiã dũ pendebat litigiũ restituere obligat̃ nec sentẽtia eũ
defendit vel si p falsos testes vel falsa instrumenta vel falsas
allegationes scienter obtinuit tenet̃ vt supra· vt in· l· i· C· si
propt̃ falsas· Si vero tempore late sentẽtie fuit bone fidei s̃
postea habuit certam noticiam ꝙ sententia ꝓ se data fuit in-
iusta q̃uis sententia ex quo iam trãsiuit in rem iudicatã & cõ
dempnatus non se appellauit videat̃ excusare eũ ꝓ quo data
est secũdum hosti· in su· de sententia· §· ij· tamen quia hoc est
contra ius naturale & quia nemo debet locupletari cum alte
rius iactura vel dãpno· de reg· iur· Locupletari· li· vi· Ideo se
cundũ theologos talis tenet̃ restituere sic habita· & sic notat
Inno· & dñs An· de bu· extra de immu· ec· Quia pleriqꝫ·

A reo· Si aliquãdo accusat⁹ seu impeditus sup aliqua re
iuridice a suo iudice dixit falsitatem· vel tacuit veritatem nã
siue hoc fuerit in causa ciuili cum ageretur de re tẽporali siue
in causa criminali cum accusaretur de aliquo crimine & adde
rant semiprobatiões vel cum inquirebat̃ super crimine d̃ quo
erat infamatus peccauit mortaliter ẽm tho· scda scde· q· lxix·
Sec⁹ aũt si de hoc requireret̃ a nõ legittimo iudice vel etiã a le
gittimo s̃ nõ iuridice· si accusat⁹ ł ĩpedit⁹ calũniose se defen
dit· scꝫ falsitatẽ dicẽdo ł veritatẽ tacẽdo quã dicere tenet̃ vt s̃
aut alias fraudẽ et dolũ adhibẽdo mortalit̃ peccauit etiã si cãz
iustã habuisset· Et si iuramẽtũ calũnie p̃stiterat vt ĩ cã crimi-
nali fieri debꝫ extra de iuramẽto calũ· Inherẽtes· pinr⁹ ẽ· no-
tat tho· scda scde· q· lxiij· Si post sententiã cõtra eum latam
se appellauit causa afferẽde more ne cõtra eum iusta sentẽtia

exeq̄tur peccauit mortalit᷑ qa cōtra iusticiā egit|ideo pumen
d⁹ ē & leso tenet᷑ de dāns & expensis·ij·q·vi·patz·Cō·tho
sec⁹ aūt si appellauit credēs hēre iustā cām· A teste·Si in
iudicio reqsit⁹ sciens dixit falsitatē mortalit᷑ peccauit secūdū
Tho·scda scde·q·lxx·& ē piur⁹ nā testis semp iurat dicere ve
rū alias nō crederet᷑ ei q̄ntecūqz religionis foret extra·e·nup·
ij·q·ix·hortamur·pōt tn̄ i crimiali cā remitti iuramētū de cō
sensu ptiū nisi i cā matrimoniali extra·e·tuis·Tenet᷑ insup scie
ter f'lm testificās i foro ɔtētioso de oī dāno leso īde secuto·ij·
q·j·votū·&·xiiij·q·vi·si res·Si rē sibi dubiā testificādo certā
asseruit mortalit᷑ peccauit & ē piur⁹ si iurauit se scire qd ne-
scit & tenet᷑ ad restitutōz si exide qs dāmificat⁹ ē iniuste·dēt
igit᷑ certū p certo asserere & dubiū sub dubio pferre·Cō·tho
Si tn̄ ex labili memoria cōtingeret q̄ qs crederet se certitudi
nalit᷑ scire qd nescit videt᷑ excusari a mortali & a restitutione
sm Tho·vbi s·ar·xxiiij·q·v·de occidēdis·sec⁹ si ex īpreme-
ditatōe & negligētia·Si p testiōio ferēdo pecuniā accepit
mortalit᷑ peccauit·xiiij·q·v·nō sane·& si hoc fuit i cā spūali si
cut ē matrimonialis de decimis & huiusmodi simoniā ɔmisit·
Potest tamen testis accipere expensas ab eo solum qui euz p
ducit si forte contingit ex testimonio ferendo dietam vel ope
ram vel lucrum & huiusmodi dimittere vel perdere·Accipiē-
do autem illicite pecuniaz pro testimonio restituet ei a quo ac
cepit nisi ille dederit ad corrumpendum testem: nam tunc de
betur ei in cuius iniuriam accepit vel pauperibus

ab aduocate

Ab aduocatis iurisconsultis & pcuratoribꝰ C·v·

Primo interroget ɔfessor ab aduocato si aduocauit phi
tus a iure: nā si sciens hoc fecit videt᷑ peccasse morta
lit·Si sciens defendit causam iniustā vel desperatam
mortalit᷑ peccauit & tenet᷑ ad restitutōz alti pti sm Tho·scda
scde·q·lxxi·& si ex ignorātia sua nō cognouit iniustā esse cāz &
ideo eaz defendit excusat᷑ eo mō q̄ ignorātia excusari pōt·Si
vero ignorant᷑ ab initio iniustā suscepit & p⁹modū in pcessu
iudicij cognouerit eā talē oīo relinq̄re dēt & dietulo cōsulere
q̄ desistat & cedat vel cōponat cū aduersario cōi cōcordia si-
ne fraude vt in·l·rē nō nouā·C·de iudic·hec Tho·& Ray·

in causa vero dubia licite potest patrocinari. secundum. v. v.
Si fideliter & legaliter inq̃tum iusticia permittit causam sui
clientuli fovit et defendit nihil de contingentibus omittendo
Nam ad hoc tenetur. & si propter suam imprudentiam vel
negligentiam notabilem quia noluit diligenter studere & la-
borare ꝓut causa exposcebat amisit eam mortaliter peccavit.
& tenetur ad restitutionem dampni inde secuti clientulo suo.
ff. de offi. presi. l. utilitas. Idem Ray. & hosti. Si prodidit
adversario secreta clientuli sui vel alias dolo malo fecit ei per-
dere causam iustã mortaliter peccavit & tenet᷑ ut supra. ff. de
iudi. l. Filiusfamilias. Si in advocando debito modo usus ẽ
Nam non licet proponere vel advocare procaciter conuician-
do seu vociferando & tales procaces advocati qui non ratione
sed probris putant esse decertandum redduntur infames. iij.
q. vij. si quis adeo. Si falsa iura leges vel glosas allegavit:
seu falsa instrumenta aut falsos testes vel corruptos ac fal-
sas rationes seu probationes iuris vel facti induxit vel pro-
duxit mortaliter peccavit. Si quoquomodo adversario sui cli
entuli bonam causam abstulit vel in aliquo eum gravavit pe
tendo dilationem superfluam faciendo positionem duplicem
vel cavillosam. vel per instructionem falsi testis vel quia in-
duxit clientulum suum ut negaret veritatem & huiusmodi.
In omnibus hys secundum hostiensem. Tenetur in solidum
adversario quo ad verum interesse. Idem dicendum de iuris
consulto & procuratore si scienter opem vel consilium dede-
rint in causam iniustam & eorum ope vel consilio obtenta est
victoria cause alias non. extra de reg. iur. Nullus. libro sexto
Si iniit ullum contractum vl᷑ ullam pactionem fecit cum col
litigatore quem in propriam recepit fidem. Nam hoc prohi-
bitum est. iij. q. vij. Si quis adeo. Si salarium immoderatũ
recepit peccavit & restituere tenetur ſm tho. Nam q̃uis lici-
te possit petere moderatum & de eo pacisci sive ab initio sive
finita causa. xiiij. q. v. c. Nõ sane. nõ tñ immoderatũ petẽ põt
& attẽdit᷑ moderamẽ salarij ſm Alex. de al᷑. in tercia pte di.
xliiij. secũdum quãtitatem cause laborẽ advocãtis scientiam &
facundiã assessoris vel advocati & consuetudinẽ regionis. iij.

q·vij·apud vrbem·Cō·tho·si pactū inijt cū cliētulo de q̄tta p
te litis puta ꝟ decia l' cētesima nā hoc nō licz & ꝓhibet·in·q
vij·§·arcent'·Si dieb⁹ festiuis se occupauit in studio & alijs
ad officiū aduocationis ptinentib⁹ n̄ ꝓ elemosina vel ītuitu pi
etatis ꝟ lucri cā vel cōmodi tpalis peccatū ē·Si aduocauit cō
siluit vel ꝓcurauit scient' in cā vsuraria mortaliter peccauit
et si ei⁹ ope vel cōsilio aliqs sententiat' ad soluendū vsuras l'
q̄ solute n̄ restituant' videt' ipē teneri·Si ī cā paupuz & mi
serabiliū psonaꝝ iusta patrociniū p̄stitit·Nā ad hoc tenet' eo
modo quo ad alia opa misericordie de qb⁹·lxxxvi·di·n̄ satis
Hec fere oīa introgari p̄nt a iure cōsultis & ꝓcuratorib⁹·

A notarijs Ca·vi·

SI officiū tabellionat⁹ exercuit īpitus & īexpt⁹ ex̄ns
Nā si ex nōbili ignorātia male dictauit īstrumēta vel
testamēta seu debitas solēnitates & clausulas obmisit
qb⁹ validant' ɔtract⁹ & instrumēta ꝓpt q̄d exorta sūt litigia
& bona pdita mortalit' peccauit & tenet' de oī dāno īde secu
to·Idem ē si hoc accidit ex eius notabili negligentia·Si fal
sificauit aliq̄ īstrumēta aut scripturas suas vel alienas adden
do vel minuendo mortalit' peccauit & tenet' de omni dāno in
de secuto·Si rogat⁹ ī testamētis eoꝝ q non erant mentis sue
cōpotes ꝟ a sensu alienati scienter notauit testamentū eoꝝ tā
q̄z vsū rationis habentiū nā peccauit mortaliter & tenet' vt s̄
Si quoquomodo fecit cōtra statuta q̄ qn̄ creatus fuit notari⁹
obseruare iurauit: Nā si contra fecit periurus est·Si aliqua
statuta dictauit vel in scripturis redegit aut redegi fecit su
per approbatione vsurarum vel contra ecclesiasticam liberta
tem: Nam in vtroqz casu mortaliter peccauit & excommu
nicatōz incurrit vt ī cle·ex g̃ui ꝟ vsur·& extra ꝟ sen·ex·noue
rit &·c·g̃uē·Si scient' fecit īstrumētū de vsuris vel ī fraudem
vsuraꝝ s̄m Hosti·puir⁹ ē qa cū creant' notarij iurāt n̄ face &
cōseq̄nt' isam⁹ effect⁹ ē nec ꝟ cet'o potent testificari nec instra
cōficere extra de testi·licz ex q̄doaz·§·fi·n̄ tñ tenetur restituere
pecuniam habitam pro labore suo quamuis illicito·Sed si
contractui feneraticio dedit causam efficacem inducens ptes

ad talē contractū tenet͛ vt s̄· dictū est de ꝑsoneta p̄cepto· vij·
Si maliciose occultauit vel n̄ exhibuit instrumēta seu scriptu
ras publicas aut testamēta seu cōes rōnum libros destruxit et
huiusmodi vel alteri dedit· nā vltra peccatū tenet͛ de omni dā
no lesis ex hoc cū p̄stet causaȝ efficacē· C· de edēdo· l· is apud
quē· Si diebꝫ festiuis absqꝫ necessitate ꝗ̄ lucri cupiditate cō
fecit instrumēta copiauit vel extēdit scripturas cū differre pos
set mortale vr̄ & ꝓhibitū extra de fer· c· j· Si imoderatū p̄ciū
um extorsit & vltra cōsuetū ꝓ scripturis ꝑ mercede sua n̄ licȝ
De hoc i Spe· plene ti· de sala· §· n· Si existēs notarius epi
ꝓ scribendis nōibꝫ ordinandoꝝ vel alias ab eis pcepit & ē sa
lariatus simoniā cōmisit extra e· c· i· Si aūt n̄ ē salariatꝫ tūc si
id quod ei soluitur cōuenit ei considerato labore & q̄litate ne
gocij licitū est alias n̄ vt ibidē notat do· An· de bu· & clariꝫ

A doctoribꝫ magistris seu scolaribꝫ Ca· viij·

(S)I officium docendi seu doctoratum illicite obtinuit pe
cuniā promittēdo vel tributa dādo mortaliter peccauit
& ꝓhibet͛· extra de magistris ꝓhibemus & exigens
crimē ꝯcussionis cōmittit extra eo· c· j· & c· q̄nto· Idē Host
et Goff· si ḡdū vel magisterium non ad vtilitatem animarum
et honorem dei sed ad sui ostentationem & gloriam quesiuit
principaliter mortale est· Si doctor publice docens leges ꝑ
phisicam scienter admisit ad lectionem suam religiosos aut sa
cerdotes seculares vel etiam clericos sed i dignitate constitu
tos excōicatꝫ ē extra ne cle· vel mo· sup Spe· Si legēs in qua
cunqꝫ facultate publice scienter admisit ad lectionē religiosuȝ
sine ꝓpe religionis habitu icurrit excōicatōnē vt in· c· ꝑiculosa
ne cle· vel mo· li· vj· Si scolares retraxit vel subtraxit alijs do
ctoribꝫ vel mḡris sub q̄bus audiebāt nā fm Jo· de leg· si hoc
fecit in odium doctorum & scolares iam intrabant illoꝝ sco
las tenet͛ eis ad restitutōȝ salarij & honoris sibi subtracti: si
aūt nōdū intrauerāt dic vt s̄· p̄cepto· vij· hēt͛ ꝺ eo q retraxit
volētē religionē ingredi· si mutuauit pecuniā scolaribꝫ ad hoc
p̄ncipalit͛ vt itrarēt scolas suas vsurā ꝯmisit et si ex hoc ꝯsecu
tus est aliquam vtilitatē que possit pecunia extimari vt quia

accreuit scolis suis maiorem concursum personarum & effectus est doctor maioris fame tenetur erogare omne illud lucrum pauperibus· vt notat Jo·an·in regula peccatum·de reg·iu·li·vi· in mercu· Jo·de legna· & Jo·cal·i·c·nauigan· extra de vsuris· Si magister existens scolaribus collectam imposuit vel ab eis aliquid exegit· Nam si habet salarium publicum sufficiens vel beneficium magisterio annexum & pro docendo a scolaribus exigit premium symoniam committit· Secundum hosti· qr vendit obsequium spirituale ad quod tenetur ex officio extra de symonia·c·Nemo·i·q·iij· vendentes &·c·non solum· Sponte tamen oblata recipere potest· Si vero non habeat salarium sufficiens nec beneficium potest accipere collectam pro laboribus suis xxxvij·di·de quibusdam in glo·ar·xij·q·ij·Cantatem &·c·quicunque·&·c·sic· & videtur hosti·innuere quod etiam possit exigere·non tamen a paupere nec vt scolares expellat de scolis aut accipiat libros aut res eorum sed pocius inopiam suam eis exponendo·Co·Jnno·Ab·sy·de magistris·c·pe·alit·& melius distinguit· Si didicit vel docuit scientias prohibitas vt est scientia nigromantie·artis notorie vel libros continentes turpia vel inhonesta seu poetarum figmenta mortale videtur & prohibitum·xxxvij·di·Ideo·Si scienter vel ex ignorantia docuit errores notabiles mortale est & tenetur satisfacere modo possibili retractando que docuit· Si se iactauit de doctrina vel aliis detraxit & inuidit se eis preferendo aut sectas inter scolares nutriuit seu aliquid ad emulationem aliorum magistrorum fecit & eis scolares subtraxit grauiter peccauit & tenetur vt supra dictum est de doctore·si non adhibuit debitam diligentiam circa profectum scolarium in scientia & morum disciplina non curans quod virtuose & honeste viuant·vel non compescens eos a viciis inquantum potuit vel docens eos non vtilia sed curiosa & faciens nimis vacationes· Jn huiusmodi notabilis negligentia mortale videtur·si fuit nimis rigidus & crudelis in corrigendo peccatum est quia leuis tamen castigatio est ei permissa de sen·exco·cum voluntate·& extra de homic·ad audientiam· Si verberauit clericum in minoribus grauiter seu non causa discipline etiam leuiter aut existentem in sacris excommunicatus

est·d·c̄·cum voluntate·Si studio vacat & scientie aliquo fine illicito principaliter vt propter ambitiōem honorem lucri cupiditatem & huiusmodi peccatum est·Si sciēcijs & disputationibus superfluis vel etiā piculosis se occupauit vel etiā negligēs fuit studē lectionibus necessarijs·Si actus suos ī ecclesijs fecit nā pbibitū ē·de immu·ec·decet·Si iuramēta vel statuta vniuersitatis seruauit·Nā alias mortale ē·Si pōpis dissolutionibus conuiuijs & huiusmodi se inordinate et vltra sui status condecentiam dedit vel alios ad hec quoquomodo induxit·Si ex secta vel parcialitate practicauit voces rectoris eligendi vel subtraxit scolares alterius doctoris vt audiāt sub suo nam mortaliter peccauit & tenetur vt supra·Si obediēs fuit preceptori suo vel doctori in hys q̄ tenetur nā alias peccauit·Si diebus festiuis in studendo vel scribendo se occupauit principaliter causa lucri vel temporalis vtilitatis·Nam non licet nisi vt habetur supra precepto·iij·Si vt interesset actibus aliquorum omisit missam audire in festis vel omisit ieiunia ecclesie confessiones & huiusmodi mortale est·

A medicis·phisicis & cirogicis Ca·viij·

Si se ad practicandū posuit in medicinā sine sufficiēti pitia·nā si ppt hoc dedit medicinā vel remediū nociuū infirmo mortalit peccauit q2 nō licuit ei vsurpare qd alienū ē·sm hosti·in su·ti·de hom·& extra·e·tua nos·v·hoc etiā tenet Inno·et do·An·de bu·Facit extra de iiur·Si culpa·si expūs pit9 & sufficiēs et negligēter se habuit ad ifirmū·Nā si ex notabili ei9 negligētia omisit aliqd necessariū ifirmo & ex hoc eius infirmitas inualuit peccauit vt supra q2 negligētia piter & impitia fuit in culpa·lxxxiij·di·c·i·Si curādo ifirmū nō est secut9 artis tradicōes s capitis sui opinionem·nā si ex hoc contingit infirmo aliquid mali notabilis tenetur & peccauit vt supra sm hosti·vbi supra·Si non adhibuit debitam diligentiā circa curam infirmi personalit eum visitādo signa interiora videndo·medicinas dietas & regimen vite ordinando in culpa est & peccauit vt notat hosti·& do·An·de bu·in·d·c·Tua nos·Si dedit medicinā infirmo dubitās an

deberet nocere vel proficere mortaliter peccauit qa nullo mō debet dare nisi fm artem constet sibi ex scientia q debeat ꝓficere. Nam in dubijs tutior via est eligenda. & notat Inno. ¶ & dñs An. de bu. d. c Tua nos. Si scienter omisit dare infirmo medicinam oportunam. nam peccauit vt supra et si studiose quo quomō aggrauauit infirmitatē ḡtia maioris lucri pcipiendi vel fecit infirmū recidiuare vltra mortale grauiter est ¶ puniend9. fm Inno. hosti. et do. An. de bu. vbi supra. Si adhibuit debitā diligentiā in ordinando medicinā infirmo. Nā si ꝓpter defectū corruptionē vel vetustatē specierū vel rerū in medicinam positaꝝ infirmus incurrit periculū et ipe diligētiā omnē quā debuit nō adhibuit in reb9 medicinalib9 eligēdis. non excusat. fm Inno. hosti. & do. An. de bu. vbi supra. se¶ cus si adhibuit. Si habens apotecā aromatū coegit directe vel indirecte infirmos quos habuit ī cura sua emere ab eo medicinalia vel ab alio cū quo cōuenit pticipare ptē lucri. Nam si propter hoc secutū est infirmis aliqd dampnū corporale vt qua alibi emissent res meliores & vtiliores vel. tpale vt qa ¶ habuissent minori p̄cio tenetur de omni dāpno. Si seruauit preceptū ecclesie quod precipit medicis scʒ vt cū eos ad infirmos vocari contigerit ipos ante omnia moneant et ad cōfessionem inducant scʒ cū effectu anteq̄ ad curā manū apponant nec sufficit suadere nisi cū effectu infirmus obediat vt notat hosti. Jo. an. & dñs An. de bu. in. c. Cū infirmitas. extra de pe. & re. vbi dicit hosti. q medicus huiusmodi constitutionis ¶ transgressor peccat mortaliter. Si dedit consilium vel medicinam vel alias suasit aliquid pro salute corporum quod vertatur in periculum animarum. puta q quis fornicetur vt euadat ceteras infirmitates. vel medicinam dedit pregnanti ad occidendum puerum pro conseruatione matris. vel potum inebriantem & huiusmodi. nam mortale est & prohibitum. vt ¶ in. d. c. Cum infirmitas. in fi. Si extorsit salarium immoderatum a diuitibus vel etiam curare renuit infirmos pauperes Nam ad hoc tenetur. alias mortaliter peccat. lxxxiij. di. c. i. vbi dicit glosa q medicus tenetur curare gratis nō solū pauperē sed etiā diuitē qui nollet aliquid dare & sine cōualuerit

duies siue moriat᷑ poterit medic⁹ expensas repetere vt ibi & plene i Spe· tit· de sala· §· postremo· Si paupibꝫ vel religiosis vel qbuscunqꝫ alijs aliqd dolose vel ad experientiā cū piculo dedit: nā mortaliter peccauit· Si nimis de facili psuasit infirmis vel debilibꝫ frangere ieiuniū vel cōmedere carnes in diebꝫ ꝓhibitis absqꝫ rationabili cā peccatū est· Si vero hoc persuasit sanis ꝓ cōseruanda sanitate vel alia cā nō rationabili mortale videt᷑· Si emulatiōe detraxit alijs medicis vel alias dānū intulit tenetur: Si statuta siue vniuersitatis seruare iurauit & postea transgressor eoꝝ fuit nā totiēs piur⁹ fuit & mortalit᷑ peccauit· Si visitādo mulieres infirmas & cā īfirmitatis tangendo eas de industria & intentōe libidīosa ꝓcessit ad aliqd inhonestū mortale ē· Si existēs cirurgic⁹ incidit aliquē nā si sm artē clare cognoscat vtile esse illū incidi ī aliq pte corporis non peccauit incidēdo· lv· di· si qs absciderit· & c· sequētibꝫ· Sec⁹ si dubitat de incisione vel etiā de maiore ꝙ nesciat bene facere quia tunc abstinere debet & potius dimittere īfirmum sine incisione in manu dei q̄ꝫ cū dubio incidere sm Jnno et do· An· de hu· vbi supra·

a ɔsiliarijs

Ab officialibꝫ consiliarijs & aulitis principum C· ix·

Si existēs officialis pñcipis seu comitatis iuste & fidelit᷑ in officio suo se hūit neminē cōcutiendo: Nā si erat suffitienter salariatus quicquid extorsit p improbitatē ꝓtextu officij sui tenet᷑ restituere seu paupibꝫ erogare· Si vero nō erat salariatus & sm morē vel cōsuetudinē officij sui aliqd accepit videt᷑ excusari· xiiij· q· v· n̄ sane & ibi glo· & Archi· Si de īpositione principis ab eius subditis aliquid plus debito scienter exegit vel extorsit ad restitutionē tenetur etiāꝫ si nil ad eum peruenerit· xxiij· q· j· militare· Con· Jnno· in· c quia pleriqꝫ ꝺ immu· ec· Si q̄ꝫtum potuit obuiauit malis & proximorum dānis: nā quando alicui constat de īiuria seu dāno alteri illato & obuiare potest sine periculo ꝓprie psone et sibi hoc ex officio incūbit si nō obuiat mortaliter peccat: nisi obuiare vergeret ad reipublice maius malum et tenetur insolidum de oī dāno· lxxxvj· di· facientis· Cō· Sco· i· iiij· di· xv·

¶ Si castrum terram vel villam fidei ei⁹ cōmissam abstulit do-
mino suo legittimo possessori & proditorie tradidit alteri nul
lum ibi ius habenti. Nā tenet̃ ei de omnibus dāpnis inde se-
¶ cutis. extra de iniur. si culpa. Si exn̄s officialis seu vicarius
ptātis capitanei vel alteri⁹ rectoris iniustū aliqd cōmittētis ī
officio suo nō restitit vel contradixit ei ꝓ posse videtur vltra
peccatū teneri ꝺ omni dāpno lesis. C. de appella. l. quoniā. ir
¶ Et hoc ibi tenet Bal. Si exn̄s cōsiliari⁹ cōsilium dedit frau-
dulentū principi cōitati seu alteri ꝑsone priuate. nā si fuit cir-
ca maleficiū vel quasi & ex tali cōsilio secutū ē dāpnū etiam
alias secuturū tenet̃ lesis cōtra quos datū ē ꝯsiliū plene satis
facere. ff. ꝺ reg. iu. l. Cōsilij. & . c. null⁹. ꝺ reg. iu. li. vi. Et ibi
¶ per dn̄m. & Jo. an. in nouella. Si vero fraudulent̃ consuluit
circa cōtractū vel quasi tenet̃ ei cui cōsiliū dedit. vt in. l. Qꝺ
¶ si cum scires. Et notatur in dicta regula. null⁹. secus autē si
nō fraudulenter presertim si alias nō erat secutū vt ibi. Si cū
ꝓponeret̃ aliquando a principe vel cōitate in eoꝝ cōsilijs qui
bus ipse habuit interesse aliquid statuendū seu deliberādū qꝺ
cederet ī dāpnū reipublice vel etiā alteri⁹ ꝑsone priuate vt de
imponēdo collectas aut alia onera indebita clericis vel laycis
Nā si expresse cōsensit tenet̃ de omni dāpno inde secuto lesis
¶ Si vero nō consensit ꝫ tamen nō contradixit expsse & publi
ce ex pusillanimitate vel ne ceteri reputēt eū infidelē principi
vel illi statui. hoc casu licet mortaliter peccet non tamen secun
dum quosdam satisfacere tenetur nisi cōtradicendo obuiare po
tuisset illi malo seu grauamini vel nisi ad eū peruenerint com-
modum particulare seu bursale quia tunc videt̃ efficacit̃ ꝯsen
tire ymo etiā tacēs sic exquo vocat̃ ad hoc vt ꝯsulat inuolnit̃
pena & peccato cū hys q expresse cōsenserūt. vt notat Inno.
¶ c. i. de hys q̄ fi. a ma. pte capli. Si quoquomōꝺ in litteris vel
fauoribꝰ principis alicui bona sua vel iura vsurpauit aut ali-
as impediuit puta ne creditores potuerint suos debitores cō
uenire vel causam suam prosequi. & huiusmodi. Nam vltra
¶ peccatum tenetur de omni dampno lesis inde secuto. Si adu
latus est principi laudando eum de bono quod in eo non est.
aut si est. malo sine laudauit. vel laudauit ꝺ malo. Nā grauit̃

peccauit & si laudando eum de malo vt de rapina de vindica
tione & huiusmodi ille motus est ad aliquod malum facien
dum ꝑpter illā laudem qꝺ alias probabilit᷑ non fecisset tenet᷑
de omni nocumento cum ipse dederit ad hoc causam efficacē
que vim habet consensus· Ad hoc· lxxxxiij· di· Si innic9·
Si possessiones locorum piorum vel ecclesiarum maliciis seu
astuciis circumueniendo conduxit paruo precio in grauamen
ecclesie vel pauperum· vltra peccatum tenetur de omni dam-
pno satisfacere· Si possessiones vicinas vel suis contiguas
vsurpauit ampliando terminos suarum vel alias quoquomo
do occasionem adinuenit vt domini earum cogerētur sibi eas
vendere vel locare puta molestando eos directe· vel indirecte
vel eis comminando· seu apud principem calumniando· Vl-
tra mortale tenetur lesis de dampno· Si pecijt a principe bo-
na dampnatorum· Nam prohibetur· vide in capitulo finali·
de rescriptis libro sexto· Si pro pecunia data intercessit apꝺ
principem ꝑ accusatis vel carceratis vt liberent᷑· Nā si tales
fuit culpabiles & merito puniendi grauit᷑ peccauit iusticiaȝ
impediēdo & tenet᷑ pecuniā pauperibus erogare· ar· xiiij· q· v·
Qui habetis· Si vero fuit innocētes & ipē intercessor nō ē sa
lariat9 potest eam retinere· ꝭ si salariat9 est debet eis a quibꝰ
pecuniam habuit restituere nisi foret ei liberaliter data & do-
nata precipue post liberationem & absqȝ pacto precedente·

A ciuibus· Ca· x·

Ciue primo q̄rendū est vtrū ociose viuat & si solū de
ꝓpriis ꝓuētibꝰ an ecīā alicui exercitio intendat licito·
Nā ociosus seru9 ꝓhicit᷑ ī tenebras exteriores Mat·
xxv· Si locādo possessionē pecuniā rustico mutuauit vt eā eo
lat· Nā si ꝑpt mutuū aliqꝺ emolumēti plus iusto ab eo recipi
at· vsura e· sec9 aūt si ꝑpt mutuū in nullo ḡuet᷑ rustic9 licȝ ta
lis ꝑstatio fiat ei in adiutoriū vsqȝ quo possessionē laboraue
rit· Si mutuauit frumentū vel aliud granum rustico quando
erat vile recepturus tantūdem alio tempore & cū reddit᷑ est
car9· Nā si mutuauit intēcōe vt lucretur vsura ē· Sec9 si vt
rustici necessitati subueniat· idem si dedit ei certam pecuniam

tempe q̊ frumētū erat cariſſimū hoc pacto ꝙ certo tpe reddatur ei tantū frumēti q̄tū poterit tūc hēri ꝓ illa pecunia q̄a licꝫ tunc maiorē q̄ntitatē frumenti haberet ꝓ illa q̄ꝫ habuiſſet tpe date pecunie nō est tn̄ ibi vſura nec peccatū niſi intētio praua fuerit · xiiij · q · iiij · ſi qs clericus · & ibi Archi · Si colonos ſuos grauauit idebite decepit vel carcerauit vide ſ̄ · ti · iij · Si decimas ſoluit integre vt tenet᷑ vide ſ̄ · ti · iiij · c · ij · Si depoſuit pecunias apud cāpſorē vel artificē vide ſ̄ precepto · vij · Si d̄dit aīalia in ſocidā vide infra · c · ſe · Si abſqꝫ neceſſitate rōnabili mutuo accepit ſub vſuris etiā ſi ab eo q erat paratus non licꝫ Tho · Si infideliter ſe habuit in fideicōmiſſis tutela ſeu adminiſtratione pauperum vel pupillorꝫ tenet᷑ etiam de leui culpa · Si exiſtēs patron9 ꝓ pecunia aliquē preſentauit ſimonia eſt vt ī · c · de iure extra de iu · pa · & in · c · Querelam de ſimonia ·

A mercatoribꝯ cāpſoribꝯ & ꝓſonetis · C · xi ·

Circa hoc · c · ē ſciendū ꝙ negotiator dicit᷑ q rem cōpat vt integrā immutandāqꝫ vendendo lucret᷑ & hoc ꝓhibet᷑ clericis & religioſis extra ne cle · vel mo · p totum · laicis vero mercari licꝫ cū debitis circūſtantijs vn̄ pn̄t ſic īterrogari Si ferrū lignamina arma & alia q̄cunqꝫ mercimonia detulit in alexādriā vel ad alia loca ſarracenorꝫ terre egipti vel ad aliam terrā ſoldano ſubiectā ſine licēcia pape quā licenciā veneti ſolū q̊ ad victualia dicunt᷑ gn̄aliter hēre vt fert᷑ quodā priuilegio Martini quīti incurrit excōicationē papalē extra de iudeis · c · ita quorundā · & · c · ad liberādā · Si negotiat᷑ ſine debito et honeſto · nā ſm Alex · de al · iij · pte ſu · etiā laico mercari nō licet niſi ꝓpter duo · Primō ꝓpter neceſſitatē vt ſcꝫ poſſit ſibi ſatiſfacere & ſue familie ſm cōdecentiā ꝓprij ſtatus · Secūdo ꝓpter pietatē vt · ſ · lucret᷑ ad ſubueniēdū paupibꝯ vel diſtribuendū ad alias pias cās puta ad ꝓuidendum reipublice ne · ſ · res neceſſarie ad vſū & vitā ciuiū vel patrie deſint & lucrꝫ in de expetit nō q̄ſi finē ſed q̄ſi ſtipendiū laboris · ad alium vero finem mercari mortale eſt precipue vbi mercandi finis principaliter in lucro ponitur Con tho · ſcda ſcde · q · lxxvij · Si conuenit ſeu pactum fecit cum alijs mercatoribus ꝙ omnes vendāt

certo precio tales merces vel ꝑ ipse solus vendat & non aliȷ
certā rerū speciem seu mercācia3 illicitū est pactū ſm hosti· et
a iure ꝓhibitū· C· de monopol· l· vnica· vbi dicit̄ ꝙ talis ex
ercēs manopoliū bonis ꝓp̄ris spoliat⁹ exilio perpetuo dāpne
tur· & tenet̄ ad interesse si qs ex hoc dāpnificat⁹ ē· Si quando
q3 cū ꝑsciuent naues cōducētes aromata aut alias mercanci
as fore submersas inarrauit seu emit omnem mercanciam ciui
tatis illius speciei submerse nō licet· Nam hoc dicit̄ monopo
liū & ideo talis incidit in penam predicte legis· i· Si exercuit
mercāciā que de sui natura illicita ē & mala sicut ē vsurā face
re et huiusmodi vel q̄ vt plurimū hoīes vtant̄ ad mortale vt
est mercātia alearū taxillorꝫ et cartarū seu naiborū vel frapato
rum pānorū nō videt̄ posse excusari a mortali faciēdo tenēdo
vendēdo vel quoquomō ea alienādo & omnia peccata q̄ eorū
occasione perpetrātur ei tanq̄ cooperatori iputant̄ · ꝫ· q· i· notū
& ideo tal' nō ē absoluēd⁹· nisi illā dimittat mercāciā· de pe·
di· v· falsas· & duobꝫ· c· se· Cō· tho· scda scde· q· clxix· ar· ij·
in fi· Si mercātiā exēcint diebꝫ festiuis nisi ꝓ r bꝫ necessariȷ
mōtale ē q2 exo· xxi· ꝓhibet̄ oīne op⁹ fuile· sicut ē negociari
vide de hoc s̄· ꝑcepto· iij· si exercuit mercātiā in ecclesia vel lo
co sacro ꝓhibitū ē· & pctīn· xlij· di· nō oportꝫ· & xvi· q· vij·
c· Et hoc· hinc ē ꝙ dn̄s eiecit de tēplo oīs vēdētes & emē
tes· Mat· xxi· si negociādo vsus ē ꝑiuriȷs mēdacijs l' iurañ;tis
& huiusmōi· Na3 hoc ē peccatū qn̄q3 veniale qn̄q3 mortale·
vide s̄ ꝑcepto· ij· & · viij· Si mercātiā suā scienter plus iusto
precio vendidit vel alteri⁹ minori emit· Nā si ꝑciū illius mer
cātie ē ꝑ rectores ciuitatis statutū & taxatum nō licet augere
vendendo nec minuere emendo· Si vero non est sic taxatum·
licet cuiq3 vendere vel emere rem sicut cōmūit̄ vendit̄ in loco
vbi venditur tempore contract⁹ & illud est iustū precium vt
notat glosa in· c· In ciuitate· extra de vsuris· & ibi dn̄s An
de bu· si igit̄ scienter vt predixi plus iusto ꝑcio vendidit vel
minori emit mortalit̄ peccauit & tenet̄ ille qui pl⁹ habuit re
stituere ei qui dampnificatus est si sit quid notabile· secundū
tho· scd a scde· q· lxxvij· & Sco· in· iiij· di· xv· idem est si igno
ranter & ex errore extimans rem tantum valere quiā licet nō

peccet tenetur tamen satisfacere leso cum aduerterit de errore
alias tunc peccaret mortalit & hoc verum intellige nisi emptor
vel venditor lesus sit persona sagacissima nec ad hoc necessi-
tate vel paupertate coacta quia tunc verisimile nō est q sit de-
ceptus ex quo aduertit de precij excessu et tn̄ voluntarie cōsensit
& scienti & cōsencienti nō fit iniuria neqz dolus de reg· iur· Sci
enti· li· vi· Si autem excessus sit quid minimū & contrahens
bona fide credit illud esse iustū p̄ciū licz rigidū nec peccat nec
tenetur ad restitutionem· Sed si cōtra cōsciencia licet in mo-
dico sciens excesserit nō pōt excusari a peccato saltē veniali·
cum omnis decepcio & fraus sit peccatū & debet illud pau-
peribus erogare· xiiij· q· v· Qui habetis· & sic declarat Jo· de
ripol· & Geral· odo· Non ob predictis· c· cū dilecti· extra de
emp· & ven· vbi dicit q licet cōtrahētibus inuicē decipe vsqz
ad dimidiā iusti precij quia illa decretalis habet locū iure fori
tm̄ ad vitanda litigia non aūt iure poli scz dei· & lex diuina
nil iniustum relinquid impūitū & reputat illicitū si in cōtracti
bus iusticie eq̄litas nō seruet· cō· p̄dictis Jmmo· extra de vsu
ris· Jn ciuitate· do· An· de bu· in· c· Quia pleriqz· de immu·
ec· glo· & archi· x· q· ij· hoc ius· Si solū ratiōe termini rē vē
didit plus q̄ valeat l minori emit ratione p̄mature solucōis
nā in vtroqz casu vsura ē· Vide s p̄cepto· vij· Si vendidit rē
plus q̄ valeat quia emptor ex re quā emit multū iuuat· Naz
hoc est iniustū & illicitū nisi cū res q̄ vendit in detrimentum
cederet venditoris qui multū illa re indiget & sibi est putilis
tūc eīn poterit vendere licite plus q̄ valeat fm se q̄ntū est dā
pnum qd incurrit ex eius vendicōe fm tho· scda scde· q· lxxvij
& sco· in· iiij· di· xv· q· ij· vbi addit q idē est in ɔtractu pmu
tacōis accomodati cōductōis & locati· Si tamē emptor hoc
casu libere voluerit aliqd plus q̄ valeat res dare· qa inde mul
tum iuuat seu lucrat potest recipi· Si aliquādo rem emit vt
integrā inmutatamqz vendēdo lucret· Nā fm Criso· nō licz sic
lucrari carius eā vendendo q̄ emerit nisi eam cū labore de vna
regione ad aliam transtulerit vel cū periculo seruauerit aut in
dustria sua meliorata fuerit· sed mō emere & statim lucret cū
proposito sine omnibus p̄dictis cōditionibus nec certificando

emptorē d valore ipi⁹ rei vendēde oīo illicitū est & tale⁹ ne
gotiatore⁹ a republica ejiciēdi & exulādi fiūt fm Sco·et alex
vbi s̄·cō·hosti i fi·Si i fuis mercātijs dolū ↄmisit vel fraudē
rē viciosam exponēdo venalē: nā cū ex hoc det ēptori damni
et piculi occasionē damni qdē si propter ei⁹ viciū vel defectuz
res sit mioris pcij & ipse nil de pcio minuit·piculi vero si ꝑp
ter eius viciū vsus rei reddat̄ ipeditus vel noxi⁹ puta cuz qs
vendit equū claudicantē ꝑ veloci domū ruinosam ꝑ firma ci
bū corruptū aut venenosū ꝑ bono: si venditor n̄ detegit i spe
cie & clare huiusmodi defect⁹ & vicia occulta venditio ē illici
ta & dolosa & ↄtractus est nullus·xij·q·ij·c·qsquis i fi·& te
net̄ ad restitutōz pcij emptori equum sibi restituenti vt no·tho·
scd̄a secunde·q·lxxvij·& Spe ti de emp·& ven·s̄·an̄pe·Si
vendidit aur̄ vel argentū alchimicū ꝑ vero vide infra·c·se
Si cōmisit fraudē in ip̄a re seu specie rei vt vendendo aurical
cū ꝑ auro lapidē non pciosū ꝑ pcioso vinū lnmphatū ꝑ pu
ro carnes bircinas ꝑ castratis vnū aroma mixtū cū alio ꝑ pu
ro cerā mixtā cū resina vel alio ꝑ pura vnū medicinale ꝑ alio
& huiusmodi: nā qui scienter hoc facit si decipit vel decipere i
tendit ꝑrimum peccat mortaliter & tenetur ad restitutionem
si est notabile quid fm Tho·vbi s̄·Si vero ignoranter ven
deret vnam rem ꝑ alia non peccat quidem sed cum de errore
suo perpenderet satisfacere tenetur & quod dictum est de ven
ditore idem est & de emptore qui scienter emit rem preciosaz
quaz venditor credit esse vilem vel modici valoris·quia & ip
se iniuste agit & ad restitutionem tenetur·Sed aduerte pro
clariori intelligentia predictorum q̄ vbi nullum periculum im
minet ipsi emptori nec in vendendo iustum precium multum
excidetur| & emptor censetur in emendo satis industriosus
& res venalis ꝑ libito sibi examināda exponitur tunc vendit̄
n̄ tenet̄ defect⁹ rei venalis sibi manifestare precipue cum eos
non celat nisi solum vt de re sua habeat iustum precium·Si
fraudem adhibuit vendendo vel emendo circa quantitatem
rei scilicet in pondere |numero| vel mensura·Vtens ponderi
bus vel mensuris per superiorem vel antiquam consuetudinē
non approbatis vel aliter exempli gratia de pondere·si dedit

xi· vntias pro vna libra carnium aromatum pisciū lane lini et
et huiusmodi· Exemplū de numero vt si res quas dare debet
in certo numero tribuit diminutas· Exemplum d mensura vt
si dedit decem brachia panni linei vel lanei pro vndecim vel
sextarium grani diminutum seu metretam vini olei vel liquo-
ris alterius non plenam · In omnibus his si ementes a iusto
precio fraudātur omnes qui scienter sic decipiunt mortaliter
peccant & tenentur ad satisfactionem damnificatis vel si par
est damnum pauperibus· Si tamen huiusmodi corruptio pon
derum vel mensurarum est communis & consequenter omni-
bus nota non videtur proprie ibi esse fraus nec mortale· Te
nere autem vnam mensuram ad emendum & alteram ad ven-
dendum semper est mortale nisi illis cum quibus mercat̃ hoc
innotescat deutro· xxv· Si negociando fecit permutationem rei
ad rem quod vulgariter dicit̃ barato: puta existēs lanifex vel
trapecita dedit pannum vnum laneum extimatū ab eo flore· c·
alteri mercatori qui dat ꝓ illo ballā vnam lane anglie extima
tam ab eo flore· c· Nam in hoc contractu permutationis po-
test interuenire fraus duobus modis· aut in qualitate rerū cō
mutatarum & tunc si est fraus ex parte vnius tm̃ quia scʒ sciē
ter dat alteri rem defectuosam ipo ignorante cum tamen reci-
piat ab eo rem bonam mortalit̃ peccat & tenet̃ ei satisfacere si
notabiliter lesit extra de iniur· si culpa · Si autem vterqʒ in-
tendit alterum decipere & ab vtroque datur alteri defectuosa
res pro bona vtroqʒ ignorante fraudem alterius vterqʒ mor
taliter peccat propter malam intentionem · xxii· questione· v·
Qui periurare · Quo vero ad satisfactionem potest fieri recō
pensatio vt vnus alteri non teneatur si deceptio fuerit equa-
lis · Si tamen vtrique vt practici scirent sic consuetum fi e
ri non videbitur ibi fraus nec alter alteri teneri · de regulis iu
ris Scienti · libro sexto · Aut deceptio interuenit in precio
quia scilicet vnusquisqʒ eorum excedit in extimatione rei sue
et tunc videtur simili modo posse distingui vt supra· Si per
se fraudauit vel per aliū defraudari fecit pedagia vel gabellas
iuste & licite impositas : puta occulte mercimonia introducē
do in ciuitatem | vel asserendo vnum aliud esse ; aut minoris

quantitatis vt sic vel nihil vel minus solueret. Nam sic rapi-
nam commisit seu furtum. ſm Ray. & tenetur restituere illis
quibus talia debentur. Ro. xiij. Reddite omnibus debita cui
vectigal vectigal. verum ad penas que inflicte sunt a iure cō
mum vel municipali contra huiusmodi deceptores non tenet
in foro consciencie nisi prius condempnatus fuerit. xij. q. ij.
fraternitas. in ſi. con. tho. secunda secunde. Si soluit credito-
ribus pro mercimonijs emptis in termino constituto. Nam si
secus fecit tenetur eis ad omne interesse extra de pigno. signi-
ficante. Si distulit mercedem reddere operarijs seu laboratori
bus in opus suum conductis vltra tempus cōuentum cū eis
vel aliquid de precio conuento subtraxit seu falsas monetas
pro bonis dedit grauiter peccauit et tenetur eis satisfacere de
omni dampno & incōmodo qd perpessi fuerint. Si cōductis
ꝑ certo precio nō soluit iuxta ꝓmissa ſ; dedit pannū vinū et
huiusmōi loco ꝑcij. nā illicite egit nisi hoc fecerit cū eoꝝ libe-
ra voluntate sed hoc casu si illi non indigent vsu rei illis date
& necesse habuerint eā vendere minori ꝑcio tunc cōductor te-
netur eis resarcire qd minus habuerūt. Secꝰ aūt si a princi-
pio opis hoc pacto cōduxit eos vt de labore suo ptim daret pe
cuniā ptim pannū & alia victualia. Nam tunc si pannum vel
alia sibi det ꝓ parte solutionis ſm conuetiōem & vendat iu-
sto ꝑcio sc; ſm q alijs cōmuniꝰ vēdit lic; pderēt reuēdēdo nō
tenet cōductor. Idē esset si vēderet sibi plus iusto ꝑcio qꝛ sic
cōmuniꝰ solet fieri & conducti a principio hoc sciebāt & alias
expti erāt. Nā scienti & cōsencienti nulla fit iniuria de reg. iur.
scienti. li. vi. Si fideiussor fuit ꝓ aliquo soluēdi eiꝰ creditori
Nam si ex hac fideiussiōe aliquid accepit nisi interesse suum si
pertulit vsura ē extra. e. Peruenit. Assecurare tn̄ per mare vl̄
per terram merces suscipiēdo in se periculū eaꝝ et ratiōe pericu
li conuenire q mercator sibi tradat certū quid pro quolibet
centenario valoris ipsarum mercīū licitū est ſm Lauꝛ. d ridol.

De societate.

Si contraxit societatem cum aliquo ad cōmune lucrū
& dāpnū & infideliter se habuit in ea subtrahēdo vl̄
retinēdo aliqd occulte de cōi pecūia seu lucro societatis

peccauit mortaliter & restituere tenet͛ si cõtraxit societatem hoc mõ .s. dãdo pecuniã mercatori ad mercandũ vel artifici ad exercendũ: nã si cõtraxit cũ pacto vel sine pacto s; tñ hac intẽtione pͥncipali q̄ capitale sit saluum & ptẽ lucri habeat ꝯtract⁹ ẽ vsurari⁹ vt no. glo. ĩ. c. plerũq; .xiiij. q. iij. Con. Azo & acur. ff. p so. l. si ñ fuerint. Si cõtracta societate fuit diligẽs in reb⁹ societatis. nã in societate ĩputat͛ etiã culpa leuis q̄ scʒ cõsiderat͛ qñ qs ñ est sic diligẽs ĩ reb⁹ societatis sicut erat diligẽs ĩ reb⁹ ꝓpͥis tp̄e inite societatis. ff. p so. l. soci⁹ socio & sic restituere tenet͛ vide de hac materia plene ĩ su. pisa. c. societas. j. & .ij.

De soccidis.

Si dedit aĩalia in soccidã & quocũq; mõ vel q̄ pacto naʒ huiusmodi aĩalia vel pecora multipliciť tradi solẽt. si ergo huiusmodi tradit ad custodiam scʒ alieni dando .xx. capita pascẽtia sub certa mercede vel etiã certa portõe prouent⁹ eoꝝ tũc si dñs sibi retinet piculũ aĩaliũ sm̄. vꝰ. ẽ cõtract⁹ locatõis & de se licit⁹. secus si ñ retinet piculũ sibi excepto tñ eo qđ ꝯtigeret ex mera negligẽtia custodie qđ semp ptinet ad custodientẽ. Si tradidit p modũ mutui dãdo alieni & rustico .xx. capita cũ pacto q̄ sint firma ĩ numero l͛ in p̄cio eoꝝ in omnẽ euentũ tũc si accipit aliq̄đ de lucro vsura ẽ q̄a cederet ei solũ rõe mutui q̄ ꝓhibet͛ .xiiij. q. iij. vsura. Si tradidit per modũ societatis & hic ꝯtract⁹ põt etiã fieri mľtipliciť iuste & iniuste. iuste qđ fit qñ in societate vtriusq; cõis & eq̄ ꝯditio ad iudiciũ boni & practici viri vt scʒ eq̄liť pticipẽt lucꝝ & dãnũ ꝓportionabiliť exẽpli g͛tia vn⁹ hẽt .xx. capita ali⁹ todidẽ vel etiã solũ .x. & cõicãt ea ad ĩuicẽ & piculũ & emolumẽtuʒ et etiã expẽsas eq̄liť cõicãt ea ad ĩuicẽ si eq̄liť ponũt ĩ societate l͛ ꝓ rata sm̄ q̄ q̄lib; ponit alias ꝯtract⁹ ẽ illicit⁹ & ꝯtra iusticiã qñ scʒ melior ẽ ꝯditio vni⁹ q̄ alteri⁹ vide de hac materia plene in su. pisa. vsura. ij.

De cãbiis licitis & illicitis.

Circa cãbia notandũ q̄ ad hoc vt qs ex eis lucꝝ reportet licite oportʒ q̄ tale lucꝝ ꝓueniť aut rõe custodie aut rõe patrie aut rõe monete ideo põt circa hoc sic interrogari

primo si campsor cābiendo flor· in monetā vel ecōuerso q̄s dicat cābiū minutū· recepit vnū denariū ꝓ flor· nā vt dicit Jo· de leg· in· c· si· de vsuris· hic casus ñ videt̄ bñ excusabilis ab vsura nisi atteto interesse & finalit̄ ɔcludit ꝙ vbi q̄s pl9 accipiat nō ē bñ tut9 in ɔsciētia nisi etiā illud pl9 rōe interesse vtsȝ recipiat̄ scȝ laboris itineris opaꝝ pensionū salarioꝝ et factoꝝ que ꝓ huiusmōi arte exercēda subiȷ̄t· Si in huiusmōi cābijs minutis sciēt̄ miscuit monetas falsas incisas vel diminutas· peccauit mortalit̄ & lesis restituere tenet̄ si est q̇d notabile alias est pauperibꝰ erogādū· Si fecit cābiū hoc mō· Mediolāi existēs aliq̄s indiget pecūia venecijs & dat mediolāi flor· cētū campsori qui habet etiā cambium venecijs vt consignet seu reddat ei venecijs p̄fatos· c· ducatos in denarijs & ꝓpt̄ hoc cāpsor accipit ducatū vnū· ſm quosdā videtur turpe lucrū primo q2 cāpsor abſq3 piculo labore & expensis facit sibi respōderi venecijs· Secūdo q2 anteq̄ reddat eos potest ex sibi traditis ducatis in mediolāo mercari et lucrari· S3 saluo meliori iudicio q̄n tali cambienti q̄ de hoc facit artē̄ imminent expense· vt in casu precedēti pōt accipere moderatū lucrū precipue ratione interesse sui· Secus aūt de eo qui hanc nō exercet artem· Si cambiū fecit hoc modo puta in ciuitate mediolāi existēs· cū mille ducatos venetos venetias vellet ferre & ibi cambire seu eos expēdere inuenit in mediolano cāpsorē habentē tabulaȝ cambij in ciuitate venetiarū cui tradidit eos tanq̄ cambiens in venecijs & p ɔsequens ad forum cambij venetiarum· Nam licet predicti ducati veneti pl9 valeāt venecijs q̄ȝ mediolani vbi tradidit eos non est tamē ibi vsura nisi tradēs aliq̄d intēdat· quia in cambijs potest interuenire lucrum ratione patrie· Si fecit cambium alio cōuerso modo & dicit̄ cābiū per litteras· In florētia existēs indiget pecūia in venecijs & dat florentie cāpsori· cvi· vel· cvij· flor· vt per litteras suas faciat cōsignare ei vel alteri ꝓ eo· c· ducatos venetos· nā licȝ cāpsor ide lucretur tamen talis contractus licitus est· tū quia rōe patrie superuenit lucrum· tū quia cedit ad vtilitatē vtrusq3· tum ratione interesse scȝ expensarū· & dicitur cambiū p litteras· Si fecit cambiū p venetias siue cambiū siccū vel cambiū a libredi

grossorũ.i.ducatorum quod fit hoc modo. ego egens hic me
diolam .x. libris grossorũ.i. centũ ducatorũ recipio a te cãpso
re mediolañ. ibidem .cvi. vel plus vel minus sicut tunc medi
olani cãbia currunt & valent decem libre grossorꝫ. & inde ad
vnũ mensem teneor tibi ad restitutionẽ tãtum quãtũ infra .x.
dies computandos a die celebrati cõtractus valebũt .x. libre
grossorꝫ in ciuitate venetiarum q̃ aliquando valẽt pl9 aliquã
do minus & sic aliquãdo pdit aliqñ lucratur cãbiens licet vt
in pluribꝫ lucretur. Nam hic cõtractus est vsurarius quia cã
psor in hoc casu principaliter intendit lucrum & sperat illas .x.
libras grossorum recipere in maiori valore q̃ꝫ deberit quia
vt plurimum sic contingit alias non mutuaret licet quãdoqꝫ
etiam cõtingat illas in minori recipere & sic ibi ẽ vsura cũ in
teruenat mutuũ cum intencõe lucri .xiiij. q. iij. c. i. ar. e. ti. In
ciuitate. Cõ. lauř. de ridol. Si existẽs thesaurari9 seu deposi
tarius alicuius domini vel cõmũitatis aut officiꝫ vel gabelle
habuit recipe eorꝫ pecunias seu intratas vt ꝑ loco & tempo
re distribuat aliꝫs officialibꝫ et stipẽdiariꝫs seu aliꝫs salariatis
iuxta eorũ dispositionẽ. nam si talis recipiendo huiusmodi pe
cunias ł numerãdo a quoqꝫ exegit aliquid puta vnũ denariũ
pro floreno et est sufficienter ꝑ labore suo salariat9 tenetꝰ sic
acquisita vel extorta paupibꝫ erogare .xiiij. q. v. Non sane.
nec in hoc excusaret cõsuetudo cũ foret irrationabilis & ex ni
mia cupiditate introducta. secꝰ aũt si nõ esset sufficientꝰ salari
atus de labore suo. Si existẽs depositari9 vt supra negocia
tus est cũ p̃dictis pecuniꝫs & cũ eis lucratus. nã si talis pecu
nia stet piculo cõmũitatis vel domini lucꝝ inde pceptũ ptinet
ad eos deducta tñ mercede laboris ipius aut si ex hoc exerci
tio dampnificauit creditores ipsius dñi vel cõmũitatis nõ sol
uẽdo eis salaria sua tpe statuto vel non integre tenetur eis de
omni dampno & grauiter peccauit. Si vero pecunia stat ei9
periculo vt cõmũiter contingit quia tales solent dare fideius
sorẽ nec dñs seu cõmũitas nec eorũ creditores ledantꝰ illud
lucrum erit suũ ratione industrie. Si quãdoqꝫ contingit eum
habere pecuniam specialem quam timẽs minorari voluntate
principis futuro tempore mutuauit eam alicui hoc pacto vt

restituatur sibi in equali precio in quo erat cũ ab eo mutuo da
retur· Nam si facto mutuo minorata est potest recipere in illo
equalenti in quo erat qñ mutuauit nec cõtractus est illicitus·
sm Alex de al'·& no· in contractibus sancti Bernardini smo-
ne· xl· ar· iij· c· i· Si fecit contract9 vsurarios vel alias fraudu
lentos & illicitos & quos nã si scienter fecit mortaliter pecca-
uit & tenet' satisfacere lesis· Si sensalis prosoneta vel media
tor fuit scient' contractuum fraudulentorum mortaliter pecca-
uit & restituere tenetur· Idez si fuit mediator contractus vsu
rarij cum distinctione tamẽ que habetur supra precepto sep
timo· Si mediator extitit in alijs contractibus licitis puta vẽ
ditionis equorum domorũ & huiusmodi & scienter male cõ
suluit emptori in eius damnum & sui ac venditoris vtilitatẽ
mortaliter peccauit & tenetur ei satisfacere de regulis iuris· nl'
lus· li· vi· in nouella· & idem est si male cõsuluit vendẽti· Si
fuit mediator in matrimonialibus contrahendis & mendacijs
vsus est in preiudicium notabile alterius contrahentium mor-
tale videtur· xxij· q· ij· c· Primum· Si emit res raptas vel fu-
ratas & huiusmodi vide supra precepto septimo· Si prop-
ter lucrum exposuit se scienter periculo mortis mortale est· Si
se transtulit ad partes longinquas vel per multum tempus ab
sens fuit a coniuge sua absq3 vrgenti necessitate & absq3 eius
licencia non videtur absq3 periculo peccati mortalis cum pro
babiliter prestet ei occasionem mali·

Ab artificibus mechanicis operarijs & huiusmodi C· xij·

SI facit artem cuius artificium est indifferens ad bonũ
et malum vsum vt facere gladios lanceas balistas sa-
gittas & quedam venena quibus vtimur ad sanitatem & hu
iusmodi nam secundum Ray· si talis hoc facit vel vendit pro
pter hoc vt homines talibus abutantur vel si scienter vendat l'
donat eis quos scit abusuros mortaliter peccat & grauissime·
ij· q· i· Notum Et omnia peccata que occasione illarum rerum
ab alijs ppetrant' sibi imputantur & reus ẽ apud deuz oĩm aĩa
rum que propter hoc pereunt· Si autem habuit bonam inten
tionem nec credidit illos talibus abusuros vel habens animũ

indifferentē nihil sup hoc cogitabat aut ignorabat q̄ esset illi-
citū talia facere vel vendere n̄ videt̄ peccare nisi forte ex q̄lita-
te psone vel tp̄is cognosceret vel p̄babiliter ꝯscientia sibi di-
ctaret q̄ emens non q̄rit illā rem nisi ad malū perpetrandum·
qd̄ tn̄ de facili credere non dēt·Cō·hosti·& tho·scd̄a scd̄e·q·
tra sufficit ad sustentationem·Secundus est si vna dependet
ab altera·Tercius est propter raritatem clericorum·Quartus
est si ecclesia annexa est dignitati vel p̄bende·Quintus est si
habet vnam intitulatam & aliā commendatā vide plenius in
pisa·Beneficium primo·§·iij·Epūs tamen sup pluralitate p̄-
bendaꝝ seu bñficioꝝ simpliciū vel etiā φ qs hēat bñficiū cura-
tū & simplex dispēsare pōt vt no·glo·in·c·litteris·extra de p̄-
ben·qđ videt etiā sentire ibidē do·An·de bu·qñ bñficia sūt in
diuersis ecclesijs·Sec9 si in eadē ecclesia glo·in·d·c·j·de cō
sue·super verbo nisi vnicum dicit φ episcop9 pōt dispensare
φ qs habeat vnum personatum vel officiū cum canonicatu &
prebendā etiā in eadē ecclesia·φ aūt hēat duas canonias eius
dē ecclesie dispensare ñ potest quanq3 in diuersis possit & sic
videtur debere intelligi opinio Inno·extra de cleri·non resi-
c·si·Si plura beneficia etiā simplicia habet cum non indige-
at & vnum vel pauciora sibi sufficerent fm statum suum non
licet nec talis videtur in bono statu secundum Ray·& Tho·
etiam si habeat cum dispensatione episcopi vel pape quia di
spensatio etiam per papam facta sine iusta cā nō excusat quo
ad deum extra de voto·non est·& ibi glo·& do·Ant·de bu·
Si beneficium curatum aut parochialis ecclesie regimen re-
cepit ante tempus a canone prefixum nam qui huiusmodi cu
ram suscepit anteq3·xxv·annum attigerit ipso iure priuatus ē

nec pōt epūs dispensare ꝙ an̄ predictā etatē curā talez hēat
sed solus papa vt i·c·licz canon·de elec·li·vi·sup verbo care
re·Si ad ꝓchialis ecclesie regimē assūptus est n̄ existens sa
cerdos· Nā si se īfra annū cōputando a die assignati sibi regi=
minis ad sacerdotiū se ꝓmoueri n̄ fecerit lapso anno priuatus
est nisi foret ecclesia collegiata vt in·c·statutū·& c·cū ex eo·
de elec·li·vi·pn̄t tn̄ episcopi dispensare cū talibus cā studij ꝙ
non ꝓmoueant̄ vsqz ad septenniū nisi ad ordinē subdiacona
tus & illo intermedio tēpore debz de sufficienti vicario eccle
sie ꝓuideri qui curā exerceat diligenter vt in·d·c·cum ex eo·
Si scientia & moribus se sentit idoneū ad huiusmodi curā &
regimen nā si non est competenter litterat⁹ & vita & morib⁹
commendandus vt dicit̄ in·c·cum in cunctis·de elec·& c·li=
cet canon·eo·ti·li·vi·non videtur in statu salutis nisi renun=
ciet vt in·c·nisi cum pridem·§·pro defectu ·extra de renunc·
Si pro baptismo vel chrismate pecuniam exegit·nam simo=
nia est & prohibitum·j·q·j·c·Dictum est·& c·baptizandis
et ibi glo·& Archi·de hoc plene Ric·et Sco·in·iiij·di·v·
Si pro eucharistie collatione aliquid exegit symonia est &
prohibitum j·q·j·Nullus·& c·dictum est·
Si pro celebratione misse aliqd ex pacto accepit· Nā secūdū
Ray·Si habens beneficium vel ecclesiā in titulum quam te=
netur officiare & aliquid exigat etiam pretextu laboris ł sup
tuum simoniam committit·j·q·j·iudices·& ibi glo·et Arch
j·q·iij·vendentes·Si tamen talis sacerdos paup est cogi pos
sunt parochiam ei offerre vel assignare vnde sustentari possit
xvi·q·j· Statuimus·xxxij·di·preter hec·Si vero ad hoc nō
tenetur & deficit ei sumptus potest accipere·i·q·i·iudices· &
de p̄ben ·significatū·vbi hoc idē no· Jo·an·& do An·de bu
Et licet hoc casu possit aliqd recipe presupponitur tam̄ sem=
per ꝙ presbter debeat gratis celebrare· j·q·ij·sicut episcopus
Quod si sumptus habet nec ad hoc tenetur aut debet celebra
re gratis aut cessare quia licet forte quando non teneretur ad
ista aliquid recipere non esset simonia eo ꝙ non tenetur quis
suis stipendijs militare est tamen turpe lucrum·Con·tho·secū
da secunde·q·c·& Ric·in ·iiij· Si pro anniuersario celebrādo

ex pacto conuenit de aliquid dando symonia est & illicitum. Si tamen ex deuocione aliquid ecclesie detur ecclesia tenet̃ ꝓ illis celebrare pro quibus datum fuerit. secũdum Ric. in. iiij. di. xv. ar. v. vide de hoc plene extra de preben. c. Significatum. per Jo. an. & dñm An. de bu. excusari tamen videntur a symonia seculares qui iuxta morem patrie pro anniuersariꝭ seu missis celebrandis dant certam pecunie quantitatem quã-uis dando ex simplicitate ꝓferant verba ac si huiusmodi emere vellent nam videtur in hoc pocius eorum intẽtio pie posse interpretari ꝙ dent per modum elemosine q̃ꝫ ꝙ velint emere sicut verba prolata sonant. Si exegit aliquid pro confessione audienda alias non auditurꝰ. nam talis symoniam committit etiam ab ecclesia puniendam. i. q. iiij. q̃ꝫ pio. Si autem nõ pecierit aliquid sed tamen principalit̃ ꝓpter lucrum audiuit symoniam mentalẽ cõmisit. Si licenciã alteri cõfitendi suo pochiano dare noluit nisi ꝓ pecunia symoniã cõmisit ẽm Ray. si tamen pecunia exigatur in absolutione ab excõmũicacõe suspẽsione vel interdicto quasi ꝓ pena culpe precedentis ꝓ qua fuit excõmunicatus suspensus & interdictus nõ est symonia nisi intentio fuerit corrupta ẽm tho. scẽda secũde. pe. & hosti. Si ꝓ sepultura qcq̃ꝫ exegit symõiaꝫ cõmisit. ẽ nota ꝙ qñqꝫ accipit̃ noĩe sepulture officiũ ecclesiasticũ qd impẽdit̃ sepeliẽdis & hoc qꝛ ẽ qd spũale vendi nõ põt. i. q. i. dictũ. xiij. q. ij. Precipiẽdũ. qñqꝫ sepultura accipit̃ ꝓ loco et terra ab epo cõsecta seu cimiteriata & talis locꝰ nõ põt vẽdi siue ibi sit sepultus aliquis siue nõ qꝛ sacer est. xiij. q. ij. Questa. quãdoqꝫ sepultura dicitur tumba marmorea vel lapidea. & hec vendi nõ potest si ibi sit sepultus aliquis quia ex hoc factus est locꝰ religiosus. xiij. q. ij. Questa. & c. Postquam. Secus si ibi nullus sit sepultus. & sic habes ꝙ pro exequijs mortuorum nihil potest exigi nec pro eis de aliquid dando pacisci. si tamen sit consuetudo ꝙ aliquid detur pro sepultura possunt layci post sepulturam a clericis libere exhibitam compelli per episcopum ad seruandam laudabilem consuetudinem. extra de si. ad apostolicam. Idem notat Jo. an. & do. An. de bu. extra de sepul. Abolende. Qd si clerici aliquod corpus sepelire nollent

nisi fieret eis cautio ab heredibꝰ defūcti de redimēdo ea q̄ veni
unt cū funere simoniā committunt & multomagis q̄n pecuni
as exigunt nolentes alias sepelire·d·c·Questa·Facere autez
pactū de redimēdo lectū pannos equū & huiusmodi etiā ante
portationē defuncti ad ecclesiā licitū est fm Hosti·qa hec tē
poralia sunt dummodo n̄ negetur sepultura vel īmisceatur iu
sepulture·Si habens diuersa cimiteria apud ecclesiam suam
taxauit pro quanta pecunia quis ponatur in tali cimiterio nā
secundum Hosti·simonia est extra eodem audiuimus·&·c·si
cut·Et eodez modo si pro pecunia crux specialis portetur ad
funus dicto capitulo audiuimus·Si solerter & diligenter cu
ram sibi commissam exercuit & quoquomodo se habuit in sa
cramentorum administratione in infirmorum visitatione & hu
iusmodi·Et Primo si eucharistiam & chrisma sub fideli custo
dia clauibus adhibitis conseruauit vt precipitur extra de cu
sto·eucharistie·c·primo·Si sepe eucharistiaz renouauit vt d
buit·Nam si ex hoc ꝙ multum distulerit renouare aliquid est
corruptum vel perditum mortaliter peccauit·Si cum debita
reuerentia eucharistiaz ministrauit ac infirmis detulit cū opor
tuit aperte & cum lumine vt debuit·Nam si secus fecit aut ex
eius defectu absq; communione & ceteris sacramentis aliqs
obijt grauiter peccauit·Si scienter existenti in mortali aut sen
su deficienti aut infirmo vomitū patienti cum probabili pericu
lo euomendi eucharistiam dedit mortaliter peccauit·Si audi
uit confessionem alicuius nullam super eo iurisdictionem ha
bens seu autoritatem a iure vel ab eius superiore & eum absol
uit mortaliter peccauit·Idem etiam est si absoluit subditū su
um a casibus superiori reseruatis siue hoc faciat scienter siue ig
noranter secundum Ric·in quarto nec valet absolutio & tene
tur in quantum potest sine scandalo errorem suum taliter ab
soluto significare·Si scienter absoluit a peccatis eum quem
sciebat excommunicatum maiori excommunicatione morta
liter peccauit; nec absolutio valuit secundum doctores com
muniter·Si scienter absoluit nolentem a mortali discedere
nec quod alijs debet satisfacere mortaliter peccauit·Si au
diendo confessiones nimis festinauit; nec prout oportuit seu

de quibus non debuit interrogauit aut in perplexis casibus pe-
ritiores non consuluit · Nam in his de facili mortaliter pecca-
re potuit · Si iniungendis penitentijs indiscrete se habuit vt
quia nimis paruas seu magnas vel scādalosas dedit · Si pec
catum in confessione auditum sine licencia confitentis quoqꝫ
modo reuelauit mortaliter peccauit · Si omnes subditos suos
post annos discretionis confiteri & communicare fecit & nolē
tes quantum potuit suasit induxit & coegit vel saltem episco
po denunciauit · nam ad hoc ex officio tenetur alias grauiter
peccat · Si sine autoritate episcopi vota dispensauit vel com
mutauit mortaliter peccauit nec valuit talis dispensatio · ex-
tra de voto · c · j · Si nimis facilis fuit ad dispensandum in ieiu
nijs ecclesie peccauit · Si matrimonijs clandestinis interfuit:
Nam hoc est prohibitum & ex hoc talis sacerdos triennio su-
spenditur ab officio sacerdotij vt in · c · cum inhibitio eodē ti ·
Si scienter secundas nuptias vel clandestinas benedixit | naꝫ
hoc est prohibitū vt in · c · i · & in · c · Vir autem · extra de secun-
dis nup · Et sacerdos bñdicens secundas nuptias debet suspē
di ab episcopo & sic suspensus non potest absolui citra sedeꝫ
apostolicam vt notat Hostiensis in dicto capitulo primo cui
Concordat Archidiaconus tricesimaquinta questione tercia ī
copulatione · Si rite baptizatum etiam a muliere scienter iteꝝ
rebaptizauit mortaliter peccauit de consec · distinctione quar
ta · Rebaptizare · Et hoc agens si est clericus debet deponi ea
dem di · c · eos & capitulo Qui bis · Et si est publicum effici-
tur irregularis extra de apo: capitulo ex litterarum · Concor ·
Ric · in quarto di · v · ar · iiij · q ij · Si baptizauit cum chrisma-
te non nouo · i · non eiusdem anni nam hoc fieri prohibetur p̄
terqꝫ in mortis articulo, & contrafaciens debet puniri eadē di ·
si quis · Si cognouit carnaliter filiam spiritualem quam ba-
ptizauit vel in confessione audiuit aut eius cōmatrem grauis
simum scelus commisit · Si honeste & modeste in conuersa-
tione sua se habuit verbo pariter & exemplo in fide & mori-
bus subditos suos instruendo admonendo & compellendo iu
xta posse ad bene viuendum & vt per viam salutis ambulent
sicut tenetur & habetur extra de regulis iuris Quamuis ·

Si contumaces concubinarios vsurarios & huiusmodi no-
torios peccatores ñ correxit & arguit publice & priuate quã-
tum eorum saluti expedire cognouit grauiter peccauit· Nam
ad hoc ex precepto tenetur secundum doctores· Si quantum
bono modo potuit ludos illicitos & malas corruptelas in pa
rochia sua non extirpauit grauiter peccauit· Si sortilegas di
uinas & huiusmodi in parochia sua sustinuit & non corre-
xit grauiter peccauit· xxvi·q v· Peruenit· & capitulo· Con-
tra· Si mulieres cristianas in domo iudeorum seruire vel eo-
rum filios lacte nutrire permisit· Nam hoc prohibetur· extra
de iude·c· Iudei· Si indulgencias dedit cum non posset vel
ob questum ecclesiam suam maiorem indulgenciam quam ha
beret scienter pronuntiauit mortaliter peccauit· Si questores
falsas indulgencias in ecclesia sua pronuntiare aut reliquias
non veras seu ab ecclesia non approbatas venerandas popu-
lo exhibere scienter permisit & huiusmodi· Et si cum eis de
quota elemosinarum participauit· Et de participando pactũ
fecit· In omnibus hys mortaliter peccauit & restituere tene-
tur· xxiii· questione vltima·c· Preterea· Si benedictionem
mense & gratiarumactionem dicere consueuit vt debet · Si
vsurariis alienigenis & aliis de ipsius terre non oriundis pu-
blice vsuram exercentibus ad hoc domum suam locauit vel
alio titulo concessit· Nam ex hoc ipso facto excommunicatus
fuit· vt in·c· vsurarum· de vsuris·li·vi· Si induxit aliquem
cum effectu ad vouendum · iurandum seu promittendum vt
sepulturam apud eius ecclesiam eligat vel iam electam vlteri-
us non immutet ipso facto sentenciam excõmunicationis in-
currit· a qua ab alio ꝙ̃ a papa preterꝙ̃ in mortis articulo ab
solui non poterit· vt in cle· Cupientes de penis · Si scienter
& spõte participauit cum excommunicatis a papa & ipsos
ad officia diuina recepit· excõmunicatꝰ est & absolutio pape
reseruatur· extra de sen· exco· significauit· Si falsauit litteras
pape vel falsis vsus est scienter vel remouit etiam vnã solam
litteram ab eis excõmunicatꝰ ẽ · extra de crimĩe falsi· Ad fal-
sariorum· Si scienter in cimiteriis sepeliuit tempore inter-
dicti in casibus non concessis a iure · vel excommunicatos

publice aut nominatim interdictos vel vsurarios manifestos excommunicatus est vt in cle·i·de sepul·Sepelientes aut occidentes se vel in mortali decedentes mortaliter peccant·

Ab episcopis & ceteris prelatis superioribus C·xviii·

A episcopis & aliis prelatis secularibus possunt queri fere omnia q̄ dicta sunt s̄·de clericis beneficiatis & curatis deinde q̄ri pōt·Si se cognoscit idoneū scientia moribꝰ & vita: nā ep̄um oportꝫ habere sacraꝝ litteraꝝ piciaꝫ & scire erudimenta fidei cū ex officio teneatur docere populuꝫ sibi commissū & ratione̅ reddere omni poscenti eū de fide & aliis ad salute̅ ptinentibus nec sufficit prelatis bona conuersatio & morum honestas nisi addatur doctrine scientia·xxxvi·di §·ecce·& ·xxxviii·di·c·oēs·& si nō est salte̅ competenter litteratus episcopꝰ pōt ab officio remoueri extra de eta·& qualitatis·Si legittime assecutus est dignitatem seu p̄lationem·an ipso existente irregulari bigamo illegittimo excōicato suspenso homicida aut notorio concubinario: nā in his omnibꝰ scienter existens si ad prelationem ē assūptus nec priꝰ dispensatus vel absolutus assidue in mortali manet·Si electionem confirmatione̅ dignitate̅ seu consecratione̅ simoniace obtinuit vel alias iniusto titulo nam talis non est pastor sed animaꝝ deceptor & excommunicatus excommunicatione papali & tenetur resignare & omnia que pcepit restituere vt supra·c·xvii· Si ante confirmationem episcopatus vel alteriꝰ dignitatis administrationi se ingessit per se vel per alium: nam talis si quid ei p electionem ius erat quesitum eoipso priuatus est vt in·c·auaritie de electione libro sexto · Si de religione ad episcopatum assumptus est·nam talis adhuc tenetur voto continentie & pauptatis licet factus sit dispensator bonoruꝫ ecclesie: nec a voto obedientie absolutus est · sed per accidens non tenetur obedire cum superiorem nō habeat sicut & abbas monasterii vt dicit Tho·secunda secunde·q·lxxxviii·tenetur etiam portare habitum sancte religionis & ad alias obseruantias regulares que non impediunt pontificale officium secundum eū de̅ Tho·ibidem·q·clxxxv·& Hosti·Si monachum vel aliuꝫ re

ligiosum de monasterio ad officium ecclesiasticum traxit con-
tra voluntatem abbatis vel alterius prelati sui nam hoc est p-
hibitum & graue peccatum · lxiii · di · c · i · & · ii · & · xviii · q · ii ·
q̄ sit · & · c · se · Si contulit ordinem vel beneficiū simoniace ex-
communicationem papalem incurrit & tenetur ad restitutionē
omnium perceptorum vt supra · c · xvii · in principio · Et extra
de iniur · c · finali · Si contulit beneficium retentis sibi fructib⁹
vel aliqua parte eorum · nam hoc est prohibitum & simonia si
fiat ex pacto vel ɔsuetudine extra vt ecclesiastica benefi · si · di
m · con · c · vt nostrum · Et extra de censi · iubemus · i · q · iii · si
quis prebendas · Si vni contulit plura beneficia nam hoc ē
contra iura octuagesimaquinta distinctione · c · singula · nisi in
aliquibus casibus de quibus supra i · c · precedenti · Si aliquez
scienter ordinauit infra etatem legittimam mortale est & debz
suspendi a collatione ordinum extra de temp · or · c · vel non ē ·
nec in etate potest epus dispensare vt no · glo · in cle generalē
de eta · & qua · Si ɔtulit scienter ordines p saltū aut duos seu
iii · minores simul cum subdiaconatu mortale est & ꝓhitū &
debet deponi · lxxvii · di · c · i · & extra de eo qui fur · or · su · c · cū
hoc Si contulit ordines sacros extra tēpora ɔstituta mortale
est & debet priuari autoritate ordinandi extra d̄ tempo · ordi ·
sane · Si ordinauit alterius parochianum scienter sine licencia
sui superioris suspensus est per annum a collatione ordinum
vt in · c · eos de temp · or · li · vi · Si in ordinatione aliquid obmi
sit de substantialibus precipue in quibus imprimitur caract
mortaliter peccauit & tenetur iterum totum iterare ī alia ordi
natione · Si vero quod obmisit non ē substantiale non oportz
rite factum iterari sed quod obmissum fuit suppleri in alia ordi
natione nec priusq̄ sit suppletum debet ordinatus exercere of
ficium vide theologos in quarto di · xxiiii · & ī capitulo presbi
ter · de sacramentis non iterandis · & ibi per doctores · Si fecit
ordinandos diligenter examinari de etate sciētia & moribus ·
Nam ad hoc tenetur alias peccat mortaliter · vicesimaquarta
distinctione · quando episcopus · Si scienter vel per ignoran
tiam excusabilem indignum admisit ad ordinem vel beneficiū
mortaliter peccauit secundum Thomam & Albertum ·

¶ Si promouit aliquem sine titulo ad ordinem sacrum· nā hoc
prohibitū est· extra de preben· episcop9· &· c· cū secundū· Si
singulis annis renouauit ī die cene domini sacrum crisma qd
conficitur ex oleo & balsamo· Nam ad hoc tenetur· de conse·
¶ di· iiij· Si quis de alio· nec debet conferre hoc sacramentum
nisi ieiunus· de cōse· di· v· vt epi· nec debet iterari· ibidem· c·
¶ dictum· &· c· se· Si non visitauit vt debuit diocesim suā sin-
gulis annis sed sustinuit clericos in delictis suis absq3 corre-
ctione pecunia corruptus vel obtētu obsequij sibi prestiti seu
fauore carnali· grauiter peccauit· lxxxiij· di· si quis episcopus·
&· c· Error· &· c· Consentire· & extra de of· or· Irrefragabi-
¶ li· &· c· Nihil· &· lxxxiiij· di· peruenit· &· c· se· Si aliqd acce
pit vt correctionē faceret vel vt ab ea cessaret aut minus pec-
catum puniret vel vt vices suas committeret seu sup aliquo
dispensationem faceret· Nam in hys & huiusmodi symoniā
cōmittit si pro pecunia precibus vel obsequijs fecerit· sm tho·
scda scde· & extra de sy· nemo· & idem si accepit aliquid vt
¶ seruet iusticiam· Si erga pauperes fuit auar9· nam erga eos
tenetur esse liberalis & ipsis qđ sibi super est erogare· lxxxvi·
¶ di· Fratrem nostrum· &· c· non satis· Si fuit pater refugium
& defensor viduarū & orphanorum & pauperū & aliaꝝ pso
¶ narū miserabiliū· nā si non fecit sic grauiter peccauit· lxxxvij
¶ di· p totū· Si visitationē sue diocesis fecit vel fieri fecit p aliū
et aliquid exegit preter ꝓcurationē que exigi debet solū in vi
¶ ctualibꝰ prohibitū est vt in· c· exigit· đ cen· li· vi· Si delicta
clericoꝝ & aliorū subditoꝝ laycoꝝ puniuit ex auaricia pena
pecuniaria & nō pocius ad reprimendū & cōpescendū eorum
¶ delicta mortaliter peccauit· Si in visitatione sua non diligen-
ter quesiuit de quibꝰ debuit p̄cipue de vita & honestate sacer
dotum & officiāciū· scz quomodo se habent in officijs suis in
confectione & administratione sacramētorum· & si ritum &
formam ab ecclesia traditā seruēt et quomodo se habent in au
dientia cōfessionum et cura animaꝝ suarum sibi cōmissarum·
¶ Et si tenent ecclesiam mundam et vestimenta sacerdotalia et
altaris ornamenta sicut tenentur· vt supra· c· xvi· Nam si in
huiusmodi inuenit eos notabiliter deliquisse et non puniuit

vel prouidit quod aut illi ſe emendent aut de alijs loco eorũ
ſi illi ſunt incorrigibiles grauiter peccauit & omnia mala &
dampna animarum que inde ſequuntur ei imputantur· extra
de iniuri·c·ſi·Si ſuſtinuit in officijs & beneficijs notorios
concubinarios vel alijs ſceleribus mãifeſtis infectos·Vt vſu
rijs·ludis·tabernis· negocijs ſecularibus·Venationibus·&
huiuſmodi vacantes·Nam in hys omnibus non poteſt ex-
cuſari a mortali ſi eos non punit cum poteſt ſine periculo ſci
ſure vel maioris ſcandali·xliij·di·Conuerſationes·in gloſa·
xxiij·q·iiij·Cum quiſ qz· Si laycos ſibi ſubditos notorios
peccatores quos per ſe vel ex aliorum denũtiacõe nouit adul
teros vſurarios inimicicias ſeruantes non corrigit per cenſu-
ras & per alios modos quibus melius poteſt·grauiter pec-
cat·niſi omittat quia non ſperatur emendatio ſed pocius de-
terioratio & timẽtur de ſcandalo·vt in dicto capitulo·Cum
quiſ qz·&·lxxxiij·di·Nemo·& capitulis ſequentibus·
Si malas conſuetudines quas nouit in ſua dyoceſi nititur
quantum poteſt auferre·vt vendere & laborare diebus feſti-
uis·non confiteri nec communicare ſemel in anno·tripudiare
ſeu alia ſecularia in eccleſijs & locis ſacris fieri·violare eccle-
ſiam libertatem vel emunitatem vt quia clerici conueniantur
in iudicio ſeculari vel quod debitores & malefactores·de locis
ſacris violenter extrahantur in caſibus non conceſſis & hu-
iuſmodi·Nam contra hec omnia tenetur inuigilare & obuia-
re ne fiant·& poſt admonitionem nolentes deſiſtere·excom-
municare & punire alias grauiter peccat· ſi timore vel negli-
gentia omittit·xliij·di·Sit rector·Si inuigilauit contra he-
reticos ſortilegos & diuinos eos ad fidem verã reducẽdo aut
ſi ſe emendare noluerint acrius puniendo·Nam ad hoc tenetᷣ
ex officio·xxvi·q·v·c·cõtra·&·c·ſe·& extra de here·Ad abo
lẽdã·& in cle·ex grau·de vſu·Si aliquẽ ꝓpriis manibꝯ ver-
berauit nã hoc ei nõ licet·xlv·di·epm·Si bona eccleſie male
gubernauit ł illa nõ indigẽtibꝯ tradidit ſeu alias inutilit̃ expẽ
dit·Nã grauit̃ peccauit·x·q·ij·eps·& tenetur reſtituere·vt
ſupra·c·de curatis·Si res vel bona eccleſie ł epiſcopatꝰ alie-
nauit ſine neceſſitate et debita iuris ſollẽnitate g̃uit̃ peccauit

x·q·ij·c·i·& fi·Si iura aliarum ecclesiarum non seruauit sibi
omnia vendicando & paulatim ius parochiale subtrahendo·
nam hoc est omnino illicitum & prohibitum·xvi·q·i·Consti
tutum·Si bona aliarū ecclesiarum vacantium sibi vsurpauit
Nam grauiter peccauit cū debuerint in vtilitatem ecclesie ex-
pendi vel futuris successoribus fideliter reseruari et ē suspēsus
donec plene restituerit extra de elec·quia sepe·li·vi·Si vltra
morem antiquum a parochianis presbiteris sue diocesis ali-
quid exegit vel eos grauauit·grauit peccauit·x·q·iij·Quia·
& ·c·se·et extra de exces·prelatoꝝ·c·primo·vbi idem notat
Ab·sy·& plene de test·requisi·Si habuit yconomum cleri
cum qui presit rebus ecclesie sub cuius testimonio res ecclesie
gubernentur·nam ad hoc tenetur sm iura·lxxxix·di·volumus·
& ·c·Quia in quibusdam·& ·c·Judicatum· Alias suspendi
debet·vt in·c·Indecenter·ea·di·Si aduocatos vel sibi serui
entes non debite remunerauit contra iura fecit·xij·q·ij·Qui-
cunqz·&·c·se·Si debita sua vel a predecessore suo relicta oc
casione ecclesie sue non soluit·Nam ad hoc tenetur secundū
Inno·extra ne prela·vi·su·c·querelam·& idē ab·sy·ibi·Si
exemptos vt quatuor ordines mendicantes & alios haben-
tes priuilegiū exemptionis iniuste molestauit vel eorum priui
legia non seruauit ad suū iudiciū traxit vel alias eos quoquo
modo impugnauit grauauit vel male tractauit grauiter pec-
cauit·Nam contra iura fecit·districte enī precipitur prelatis
vt predictorum exemptorum priuilegia seruent & eos affe-
ctu beniuolo habeant commēdatos nec se ipsis difficiles gra
ues duros aut asperos sed pocius fauorabiles propicios be-
nignos & liberales studeant exhibere· extra de exces·prela·
c·nimis·primo & scdo·& extra de priuil·dilecti·& ·c·quāto
& ·c·in his·& ·c·ti·c·volētes·li·vi·& in·c·Dudū de sepul·et
c·Religiosi·de priuil·§·sane·in cle·Si monasteria monialiū
diligenter visitauit·Nam ad eius officium pertinet ea singul'
annis visitare etiam si sint exempta·vt in clementina Atten-
dentes·de sta·monachorum·Si questores vel alios permisit
mendaciter predicare seu falsas indulgentias pronuntiare·vel
ipsemet concessit aut pronuntiauit indulgentias quas non

potuit grauiter peccauit· extra de pe· & re· cum ex eo· Si nō
tenuit vicarium peritum & bonum ad tractandum & dimidi-
candum causas in foro contentioso· nam ad hoc tenetur preci
pue quando non est sufficienter doctus in iure· Si fuit perso-
narum acceptator & propter hoc iusticiam poscenti non exhi
buit distulit vel negauit aut quod maius est sententiam ini-
quam protulit· Nam in omnibus hijs mortaliter peccauit et
ad satisfactionem tenetur vt supra· e· ti· c· iiij· Si sine iusta
causa vel cause cognitione aut ordine iuris iudiciario preter-
misso aliquem excōmunicauit vel alias iniuste grauauit mor
taliter peccauit· & grauiter puniri debet & ad interesse tenet᷑
grauato· xxiiij· q· iij· De illicita· & extra ꝺ sen· exco· c· Sacro
Si pro minimis culpis & dampnis & patos corrigi excom
municauit· Nam hoc prohibitum est· xi· q· iij· Episcopi· & c·
Nemo· Si causas difficiles nimis diligenter per seipm exa-
minauit ponderauit & iudicauit· vt est matrimonij· diuorcij·
vel alijs delegauit precipue idiotis & leuibus· Nā huiusmōi
non debuit committere nisi iusta causa et necessaria impedit⁹
& tunc personis in iure peritis & expertis· extra de con· &
affi· ex litteris· Si proprias iniurias dure vindicauit· nā hoc
est detestabile· xlvi· di· sediciarios· Si testamenta & vltimas
voluntates precipue in legatis ad pias causas non fecit exeq
Nam ad hoc tenetur· extra de testa· si heredes· Si dispensa-
uit in votis vel iuramentis in quibus non potuit· vel si potuit
indiscrete tamē et sine rationabili causa grauiter peccauit· vi-
de supra precepto secundo· Si in certa male dispensauit vel si
ne rationabili causa pro minori quantitate cum vsurarijs ra-
ptoribus· & huiusmodi composuit grauit᷑ peccauit vt supra
parte prima· c· i· in fi· Si pape & alijs suis superioribus ac
sacris canonibus obediuit· Nam ad hoc tenetur· lxxxxij· di·
Obedientiam· & · xxv· q· i· per totum· Et contrafaciēs graui-
ter puniri debet· extra de exces· prela· Nimis· & duobo· c· se·
Si habitu vita & moribus exemplaris fuit· in vita sobrius·
Si supellectilibꝫ preciosis vtitur· Si in apparatu et ornatu
domus & equorum aut familie nimis sumptuosus fuit & ni
mis curiosus· Si ecclesiam suam visitauit & in sollēnitatibꝫ

missaȝ cantauit diuinis officijs interfuit & deuote exsoluit &
ab alijs debite celebrari & cantari fecit vt tenetur· Si oratio-
ni priuate & lectioni sacre scripture vacauit vt· dēt· xxxvi· di·
p totum· Si existens eruditus predicauit populo vel saltem
ei de vtilibus predicatoribꝰ & cōfessoribus puidit: nā ad hoc
tenetꝰ extra de offi· or· inter cetera· Si existens ī mortali vsus
est ordine suo quia totiēs mortaliter peccauit q̄ciēs huiusmōi
actū facit vt tangendo res sacras quasi officio suo fungens et
hꝰmodi fm̄ tho· & Abb· Si mulierum familiaritatē quasi pe-
stem vitauit et raro de domo exiuit· Si adulatores abhorruit
et huiusmodi· Si in cōmuniis multū se occupauit: nam hoc est
ep̄o detestabile & prohibitum & ex hoc ē aciter corripiēdus
xlinj· di· multis· et· c· seq̄ntibꝰ· Si dtractores susurrones et hꝰ
modi male loq̄ntes libentꝰ audiuit ł tacuit nec correxit vt de
buit & potuit nā hoc mortale vr̄ fm̄ tho· ij· ij· q· lxxiij· Si ad
mēsā suā sacras lectiones legi fecit nā hoc epis & sacerdotibꝰ
p̄cipitꝰ· iij· di· c· p reuerētia· Si familiā honestā habuit & eā
verbo & exēplo salubritꝰ gubernauit et erudiuit nā de his rō-
nem reddē oportebit deo ī die iudicij hebre· vl· & xlvij· di· s·
necesse· Si exercuit officiū inq̄sitionis contra hereticos vt te-
netur: nam si carnali amore odio vel timore aut cuiuslibet cō
modi temporalis affectione vel obtentu maliciose et fraudulen
ter labem heretice prauitatis: seu q ipsum in executione offi
cij inquisitionis impediat falso alicui presumpserit imponere
vel quoquomodo vexare | vel contra iusticiam & conscientiam
suam obmiserit contra quemq̄ procedere vbi fuerit proceden
dum suspensus est ab officio per triennium: vt in clementi·
Multorum· de hereticis & circa finē· Alij vero inquisitores
episcopo inferiores in hoc vt supra delinquentes eoipso ex-
communicationis sententiam incurrunt a qua nisi per romanū
pōtificem preterq̄ȝ in mortis articulo absolui poterunt· Si lo-
cauit aliquam domum vsurarijs alienigenis ad fenꝰ exercen-
dū nam ipso iure suspensus est extra de vsuris quamq̄ȝ· li· vi·
Idem si permisit q huiusmodi vsurarij in terris suis & eiꝰ iu-
risdictioni subiectis fenus exerceant nisi infra tres menses eos
expulerit vt ibi· Si conserationes altarium vel ecclesiarum

calicum & patenarum aut benedictiones corapliũm & vestu-
um sacrarum seu cõsecrationes abbatum vel abbatissaꝝ ñ fm
formã & ecclesie ritũ vel pro pecunia fecit : nã mortalit pec-
cauit et simoniã cõmisit · j · q · ii · si qs pbendas · Si p aliq̃ iu-
sticia vel gratia spũali aliqd accepit mortale ẽ & simoniacum

A prelatis religiosorum C · xix

Prelati religiosorum possunt de multis interrogari que
dicta sunt supra · c · xviii · vt eorũ conditionem et statui
melius videbitur expedire · Deinde si simoniace reli-
gionem ingressus est vel ad eam alium simoniace recepit : naz
pro religionis ingressu siue virorum siue mulierum non licz a-
liquid dare vel recipere quasi precium etiam paupertatis pre-
textu · extra de simo · Quoniam simoniaca · Si tamen monaste-
rium sit tenue dicunt Vin · Tancre · Ray · Jo · & Hosti · q̃ re-
cipientes volenti intrare pñt dicere nos libent & gratis te reci
pim9 ad consortium nostrum spirituale sed cum bona nostra
non sufficiant nobis & tibi porta tecum vnde possis viuere vl
sic · prouideas tibi vnde viuas tunc enim si ingrediens mona-
sterium aliqua bona conferat non committitur simonia ; dum-
modo pure fiat hoc & in fraudẽ non dicatur & sine aliquo pa
cto ar · j · q · ii · v · j · & · c · si quis propter · Sed Bernar · Inno ·
Bar · brix · & Archi · dicunt · q̃ nec ante nec post potest aliqd
peti · i · q · eos qui · & · q · ii · si quis prebendas · Et sic dicendo si
moniam committunt tam recipientes quaz recepti etiam si ig-
norent · i · q · ii · § · ii · Et extra eo · quoniam · Et hec opinio tuti-
or est et quantum ad mulieres approbata · extra de sta · regu
la · Periculoso li · vi · ibi districtius inhibemus · Vide ibi glo ·
super verbo absq3 penuria potest dici vt notatur in direc · li · iii
ti · xvi · § · Quod si monasterium vbi hec omnia referuntur · Ad
si monasterium est ita tenue q̃ absq3 penuria non possint ibi
plures viuere possint recipientes dicere vt supra · Et hoc ca
su vera est opinio prima · Nec est symonia dũmodo nihil vl
tra addant · Si autem absque penuria possint sustentari : licet
non commode non possent predicta verba dicere · extra eodẽ
Quoniam · et capitulo non satis · hec ibi · Do · An · de bu · i · d ·
capitulo Quoniam · recitat opin · vide ibi · sponte autez oblata

semper licz recipere & si primo gratis sit recepta puella et mo nasterium tenue sit· dicit hosti· ꝙ possunt moniales agere cō tra patrem ꝑ alimētis filie· vel si pater decessit agere possunt ad partem sue hereditatis vt i autē· de sanctissimis epis· ſ· nullā· collec· ix· Si illegittime nat⁹ est· Nam talis si dignita tem vel prioratum qui creatur in religione per electionē obti net non potest sine pape dispensatione retinere· de filijs pres bi· c· fi· Si transiunt de ordine mendicācium ad non mendicā cium· Nam talis nō potest in eo prioratum nec aliquā admi nistrationē aut regimē animarum habere· extra de regula· vt ꝓfessores in cle· Si recepit aliquē ad religionē nō principa liter ꝓpter deum sed ꝓpter temporalem vtilitatem aut alia si nistra intencōe vel sine debita examinacōe vel si recepit nō re cipiendum vel repulit sine causa ex sua ydoneitate recipiēdū grauiter peccauit· Si in ordine mendicanciū aliquē infra an num probationis ad ꝓfessionem recepit· Nam talis mortali ter peccauit & ipso facto suspensus est a recepcōe cuiuslibet ad ꝓfessionem in eodem ordine extra de regula· Nō solū· li· vi· si tamen tali suspensione durante aliquem recipiat nō irre gularis fit· vt notat Jo· an· ibidem· Si existēs de ordine mē dicanciū locum seu domū ad habitādū recepit seu dimisit sine licencia pape· Nam talis excōmunicationē incurrit· vt in· c· cū ex eo de exces· prela· li· vi· & i cle· cupientes de penis· Si abbas exns ꝑfuit diuersis monasterijs· nā hoc est prohibitū· extra de relig· do· c· fi· Si sollicite & fideliter quo ad spiritu alia & temporalia administrauit ꝓpter deū solum sine ambi tione & alia sinistra intentione· alias cum periculo anime sue administrauit· Si scienter criminosos indignos & non ydo neos scientia vel conscientia ad cōfessiones audiendas vel ad officia regiminis vel predicationis ꝓmouit vel sustinuit cum possit illos iuridice remouere nō videtur posse excusari a mor tali· lxxxiij· di· error· & capitulis se· Si in visitatione subdi torum iuris ordinem seruauit· nam ad hoc tenetur extra de ac cus· q̄liter et qn̄· primo & scdo· & extra· de symo· licet· vbi di citur ꝙ si prelat⁹ errauit et excessit tenet᷑ errorem suū corrigē ideo cauendum est diligent᷑ prelato ne in corrigendo sit nimi᷑

remissus vel nimis rigidus·xlv·di·disciplina·& nõ faciat pre
cepta indiscreta & nisi ꝓ re ardua·nã si cogeret p̄ p̄ceptũ vel
sentenciã subditũ ad aliqd in quo subdit9 ñ tenetur ei obedire
mortaliter peccaret·Nec sit nimis credulus in ꝓcessu accusati
onis inqsitionis l' denunciationis criminũ nec p̄ceps in ꝓlati
one sentencie excõicationis vel alteri9 censure alias grauiter
peccat·Si curã hñs monialiũ diligenter & honeste eas visi
tauit & ad eaꝝ regulam seruandã efficaciter induxit ꝓuidẽdo
eis de confessore idoneo scientia et cõscientia q̃ntum potuit &
q̃ penitus abstineat a familiaritate suspecta quorumcunqz vi
rorum laycorum clericorum et etiã religiosoꝝ ne exeant clausurã
vel etiam admittant aliquos intra monasteriũ nisi ex rõnabili
cã vt precipit̃ in·c·periculoso de sta·regu·li·vi·Si in dispẽ
sando in ieiuniis in esu carnium in habendo superflua ad vsuz
in penitentiis taxatis p̄ regulam & constitutiones et huiusmo
di indiscrete se habuit: nam si sine rationabili causa dispensa
uit sic inducendo regularis disciplinae relaxationez & religio
nis eneruãdo rigorẽ grauiter peccauit & ip̄e de hoc reddet deo
rationẽ·Si nimis se secularibus negotiis & temporalibus im
plicauit p̄ curias principum discurrendo vel ꝓ minimis cum
alioꝝ scandalo litigando & ꝓpter hoc a cura subditorum desi
stendo & ip̄e spiritualibus orationi & lectioni minus vacando
Nam in his omnibus grauius & leuius peccauit secũdũ q̃n
titatem excessus·Si nimis sumptuosus & curiosus fuit ĩ edi
ficiis monasterii ecclesie ornamentis & huiusmodi·Nam est d
testabile & prohibitum·xii·q·ii·aurum·&·c·Gloria episco
pi·Ex huiusmodi autem exhauritur sepius in prelato omnis
spiritus & deuocio·Si in moribus & vita fuit exemplaris ĩ ces
su habitu et gestu modestus in locutione grauis & fructuo
sus cauens discordias pacem nutriens omnes patienter audi
ens & tollerans singularitates euitans communem vitam se
quens cum potest neminem blandiens cunctis affabilis susurra
tiones detractiones irrisiones confabulationes maledictiones
et contentiones in se & in subditis eliminans·Si malas con
suetudines seu corruptelas contra regulam & religionis decẽ
tiã induxit aut prius inductas nõ extirpauit q̃ntũ potuit vt ꝓp̄e

tatis vicium· fratrum discursum ad placitum· familiaritates
mulierum· esum carnium vbi est prohibitum· & alia huius-
modi· precipue contra tria essencialia vota religionis· Grauis-
ter peccauit· nam nihil apud deum est dampnabilius officio
prelationis si perfunctorie exerceatur· xl· di· Ante omnia· de-
bet igitur prelatus omni circumspectione· diligentia· sollicitu-
dine & timore sic de sibi commissis curam gerere quod sit irre-
prehensibilis apud deum & homines quod si non potest huius-
modi corruptelas & relaxationes extirpare· nec posse sperat
in futurum propter pertinaciam & contumatiam seu rebellio-
nem subditorum eorum curam dimittat· ij· q· i· §· qm̄ vero·

A religiosis·

Religiosis possunt queri ea que habent̄ supra· c· xv·
de clericis· & · c· se· si habent beneficium curatum· Si
sunt predicatores potest ab eis queri si predicauit ex-
istens in mortali· nam mortaliter peccauit tociens sic predica-
uit· sm̄ tho· Idem videtur quocienscunqȝ scandalosa predica-
uit aut scandalū vel seditionē in plebe cōcitauit· Si sine licē-
cia suorum supiorū officiū predicationis exercere presumpsit
mortale videtur· Si predicauit principaliter hac intentione
vt reciperet pecuniam vel laudem seu fauorem popularē mor-
taliter peccauit & symoniam mentalem cōmisit· i· q· iij· c· nō
solū· cō· tho· & Ric· in· iiij· di· xxv· ar· iij· q· ij· & si sup hoc pa-
ciscat̄ symoniā incurrit etiā q̄ ad ecclesiā· Si p̄dicauit nimis
curiosa principalit̄ ad sui ostentacōem & inanē gloriā ibi cō-
stituendo finem suū mortale est· Si habens gratiā predican-
di a predicatione se abstraxit precipue cū a superioribꝰ sibi in-
iungeretur peccauit· Si predicando aliqua ad retrahendū per-
sonas a solucōe decimaꝝ dixit ipō facto excōicatꝰ ē vt i de-
cupiētes d̄ penis· et idē de omī religioso etiā nō p̄dicatore vt
ibi· s vt habeat locū hec excōicatio requirit̄ quod talia verba p-
ferant̄ intencōe retrahendi a solutione vt supra & obligatis
ad decimas ecclesijs persoluendas· Secus si non hac intenti-
one retrahendi vel non obligatis ad decimas vel etiā obliga-
tis· s nō ecclesijs vt ibi notat Jo· de leḡ· Jo· d̄ imo· & pau-

Si reqsit⁹ fuit a rectoribꝫ ecclesiaꝝ vel vicarijs aut loca tenẽtibꝫ vt in ꝑdicatõe vel cõfessione ↄsciẽtiã faceret ꝑdicationẽ audientibꝫ & sibi confitentibꝫ q̄ꝫ decimas soluant naꝫ si ñ fecit mortaliter peccauit si cõmode facere potuit & alijs penis gra uibus puniẽ vel puniri dẽt vt in d· cle·cupientes· Si religio nem ingressus est simoniace scienter vel ignoranter nam talis non potest in illo monasterio remanere extra de simo· q̄ꝫ simo niaca· &· c· ex insinuatione· vide ibi & pleni⁹ de hoc in pisa· simonia· vi· in pñcipio· & hoc intelligitẽ de simonia ↄmissa ex pacto vel cõuentõe & hmõi etiã si ceteris ꝑterq̄ꝫ cõmittenti bus sit occulta sm̃ Kay· ar· dicti· c· q̄ꝫ · Si religionẽ ingres sus ẽ nõ intentõe pura seruiendi deo sed qa paup erat vel labo rare debebat vel si puella erat qa nubere nõ poterat vel cõacta a parẽtibus in vita ingressa ẽ nã si voluntatẽ nõ mutauerit vi detur in mortali & non in bono statu Si in ingressu religiõis mẽdacia dixit vel aliquid dolose tacuit ꝑserti notabilẽ infirmi tatẽ vel debita seu infamiã vel alia scãdalosa peccauit grauiter Si fecit ꝓfessionẽ cũ intentione non seruandi eã mortaliẽ pec cauit· Si ꝓfessus ẽ in monasterio dissoluto vbi regulariter ñ viuiẽ si põt mutet locũ & si opus fuerit cũ dispensatione q̄ꝫ si nõ põt & alios ad regule obseruantiã & ordis reformationeꝫ reducere neqt ipe sol⁹ fuare studeat & si ibi nõ viuiẽ in ↄmu ni & necesse hẽat sibi de necessarijs ꝓuidere caueat ne pecuni am vel aliqd recipiat teneat expendat vel alijs tribuat sine bo na licencia prelati sui gñali vel speciali & eius bñplacito & sit ipse semp ꝑatus omnia põnere in communi & in manibꝫ ꝑlati ordis: nec thesaurizet aut supflua vel deliciosa habere querat seu sollicitet nec ad huiusmodi affectum habeat inordinatum et sic forte poterit cum salute pertransire si in ceteris bene se hẽ at· Tutius tamen esset vt prediximus locum mutare· Si habens votum religionis artioris ad aliam laxiorem ingressus est: nã si ad huc professus non est non potest ibi licite remanere sine dispensatione si vero iam professus ẽ in laxiori licꝫ peccauerit & ꝓ voto non completo sit ei penitentia imponenda potest tñ in eadem licite remanere secundum Archidiaconum in capitu lo qui post votum de regu· libro sexto· Si professus in aliqua

religione approbata vult transire ad aliā equalem vel lariorē
non pōt sine dispensatione vt notat Jo· An· & Gemi in· c·
cum singula de preben· li· vi· & do· An· de bu· extra de reg·
Significatū· de ordie vero mendicātiū ad non mendicātiū vel
monachalē n̄ pōt sine dispensatione pape nisi ad ordinez car-
tusiensem alias tā ingrediēs ꝙ recipiens incurrunt excōicatio
nē papalē vt in extraua· martini· v· Si ad religionē aliquez
induxit symoniace vel dolose puta asserendo ꝙ ibi regula ser
uat᷑ & ē falsū vel dicendo ꝙ regula sua n̄ obligat ad mortale
vel reticendo austeritates religionꝰ q̄s ille si sciret nullo pacto
ad eas se obligaret peccauit mortalit· si volētē igredi r̄ligiōez
seu mōasteriū obſuātie regularis auītit vt traheret ad suā alte
rā infamādo suā vero vsq; ad tertiū celū extollēdo· Nā talis dā
natione eternam non euadet cū contra caritatem iusticiam et sa
cram scripturā fecerit· Si sufficienter nouit & intelligit sub-
stantialia sue regule & ad eam pertinentia & si contra illā ali
quid egit precipue contra obedientiam castitatem & pauper
tatem: nam horum transgressio semper est mortale in aliis aūt
non omnis regule transgressio ſm Tho· scd̄a scd̄e· q· clxxxvi
est mortale ideo etiā circa hoc possunt sic interrogationes for
man· Primo si fecit contra aliquod preceptum a prelato ore-
tenus factum puta cum dicit precipio vel mādo in virtute obe
dientie vel spiritus sancti vel sub pena excōicationis vel p alia
verba huiusmodi vt fiat illud vel istud intendens subditū sub
peccato mortali obligare ad illud faciendū· Nam huiusmodi
transgressio semper ē mortale ſm Tho scd̄a scd̄e· q· lxxxvi·
nisi quod precipitur esset tale quid in quo subditus non tene-
atur ei obedire vel esset peccatum· vndecima questione tercia·
non semper· Si dolose seu per importunitatez prelati volunta
tem traxit ad suam idem videtur· Si contra aliquod precep
tum regule: vt cum aliquid in ea preceptorie mandatur vel
sub pena excommunicationis aut carceris vel pene grauioris
& huiusmodi· Nam talia verba communiter censentur ob-
ligare ad mortale· Et idem de preceptis in constitutionibus
ordinis contentis· Si transgressus est alia ī regula contenta
que non sunt precepti vt cerimonialia ordinis vel silentium &

huiusmodi hoc est tantum veniale nisi fieret ex cõtemptu· ſm
tho· vbi supra· Nam qui profitetur non vovet servare omnia
que sunt in regula sub obligatione peccati· Si aliqd habet vł
habuit dedit vel accepit cõtra voluntatem prelatorum tacitã
vel expressam· Cõtra votum paupertatis fecit & mortalit̃ pec
cavit· Idem videtur si litteras scripsit vel recepit occulte sine
licentia prelati· xij· q· i· non dicatis· Si votum castitatis vi
olavit quoquomodo· opere vel tactu venereo· locutione tur-
pi & amatoria vel etiam cogitatione carnali & immunda deli
berata seu delectatione morosa· Nam in horum quodlibet ẽ
mortale· vt dictum est supra precepto sexto & nono· Si
conversationem scandalosam seu nimiam familiaritatem ha-
buit cum mulieribus· nam si sic repertur esse extra casum ne-
cessitatis prohibendus est· etiam si sint affines propter proba
bile periculum· xxxij· di· hospitiolum· & di· lxxxi· per totum·
alias non absoluendus· Si sine manifesta causa & rationabi
li monasteria monialium frequentavit· Nam cum hoc sit om
nino clericis prohibitum· extra de vi· & hone· clẽ· monaste-
ria· multo magis religiosis· & si ingressus est monasteria mo-
nialium sancte clare sine licentia & in casu non concesso excõ-
municatus est & absolutio pape reservatur· Idem est si in-
gressus est monasteria monialium ordinis predicatorum· qa
non potest absolui nisi a papa· vel a magistro eiusdem ordi-
nis· Ingrediens vero alia monasteria de iure commun non
incurrit excommunicationem sed in multis locis est excom-
municatio sinodalis· hoc tamen non ligat ignorantes· extra
de cõsti· vt animarum· libro sexto· Si dixit horas canonicas·
nam quilibet regularis precipue professus tenet̃ ex precepto
ad eas etiã si nõ habet ordinẽ sacꝝ alias peccat mortalit̃ vtẽ
e· ti· c· xvi· & ſm Guil· tenet̃ illas dicẽ ſm ordinẽ sive regule
vel privatorꝝ statutorꝝ· vt notat Jo· de imo· i· de· Grani· de ce
le· mis· Si absqꝫ rationabili causa officium dixit extra eccle
siam precipue in diebus sollennibus vel stetit sompnolentus
aut dormivit· Nã si ex hoc nõ dixit integre illud idẽ redicat ł
aliquid loco eius suppleat· & si pro maiori parte omisit il-
lud iteret· Si in choro incõpositus corpore fuit oculis vag⁹

& mente distractus p̄cipue aduertenter si risit vel alios ridere
fecit ꝓpter eius levitatē aut verbū dissolutū· Si cerimonias of
ficij ex negligentia ñ seruauit male legit vel cantauit in omni
bus his veniale ē nisi fiat ex cōtēptu tunc eñ mortale ē· Si
penas vel penitentias taxatas a regula vel a ꝯstitutionibus aut
prelatis ñ fecit nā si ex negligētia vel obliuione obmisit veni
ale videtur si vero ex contemptu mortale est· Si vltra offici
um diuinum priuatim ꝓ se & pro alijs sibi cōiunctis benefac
toribus & tribulatis precipue recōmendatis viuis seu defun
ctis aut meditationi deuotioni & sacre lectioni quātū debuit nō
vacauit s̄ potius legit curiosa & inutilia vt doctores gentiū
et fictiones poetaꝝ qđ est ꝓhibitū· xxxvij· di· ideo· Si quãqꝫ
scienter elegit indignum in prelatum vel ñ elegit illū quē iudi
cauit meliorem ad illud officium sed aliū ratione amicitie aut
alia nō recta intentione mortaliter peccauit· Si accusauit ca
lumniose prelatum vel confratrem ꝺ aliquo crimine vel testa
tus est aut iniuste ab accusatione destitit· vel alias prelatum
subditum vel consocium falso infamauit vel etiam vera dicen
do intentione infamandi fecit in his omnibus mortaliter pec
cauit· Si fecit vel cooperatus est ad aliquam conspirationē
ꝯtra p̄latos vel adinuenit tenuit ꝉ nutriuit in mōasterio ꝉ ꝯuētu
sectas partialitates & diuisiones mortale ē & detestabile cri
men· Si fratrem delinquentem iuxta formam euangelicam ñ
admonuit vel in visitatione iuxta preceptū prelati in cōmuni
vel in particulari factū dicenda & correctione digna ñ reuela
uit nā si scienter dicenda tacuit mortaliter peccauit· & idem di
co si in dicendo ordinē fraterne correctionis ñ seruauit· debet
eñ accusationē legittima precedere inscriptio & inquisitionē
clamosa insinuatio denūciationē aūt caritatiua correctio extra
de simo· licꝫ· & · i · q · ij· c· Si peccauerit· Potest tamē crimē fra
tris etiam occultum denunciari ecclesie vel prelato absqꝫ secre
ta admonitione preuia in plerisqꝫ casibus vt notat Ric· i · iiij
di· xix· ar · iij· q· i· Si inutiliter tempꝰ expendidit & ocio vaca
uit quod est omnium sentina viciorum· Si fuit obstinatꝰ cu
rialis vel causidicus si vsus est pannis preciosis et cibis exqui
sitis· Si in habitu curiosus· si in claustro vel capitulo fuit li

tigiosus irreuerens ad maiores vel circa altare iurans in cōmuni sermone nam in his omnibus est mortale vel veniale secundum intentionem & qualitatem facti. Si cōmedit carnes quādo est prohibitum extra infirmitatē. Si vsus est lineis ad carnem vel lectis plumeis. Si obmisit ieiunia ecclesie regule vl' constitutionum ordinis peccauit vt supra: Si egre & cū indignacione reprehensiones maiorum sustinuit vel eorum obedientiam non affectuose sed tarde querulose dissolute fecit peccauit vt supra. Si aliorum mores cōditiōes & infirmitates in caritate nō supportauit vel aliis se grauē reddidit aut eos irrisit peccauit vt supra. Si nimis leuis vel dissolutus fuit verbis gestibus vel iocis alios ad risum induxit nam licz recreationis causa q̄nque fiat & raro ad subleuandum tedium sit tollerabile laudabilius tamen est ab huiusmodi cessare. Si singularitates in cibo potu vestitu & huiusmodi quesiuit. vel propter hec murmurauit peccauit. Nam ex his sepius oritur scandalum murmuratio & indignatio inter fratres. Si nimis tenax fuit in retinendo vel prodigus in dando aut personarum acceptator dando vel distribuendo de rebus communibus vni magis q̄ alteri iuxta affectiones suas peccauit magis & minus secundum quantitatem excessus.

